ſit maior angulo f e i:ex doctrina .16.eiuſdeꝫ pri. qꝛ angulꝰ extrinſecꝰ:erit ꝛ ſibi eq̄lis g e l:maior angulo f e i:igit̃ p.25.3.arcꝰ c d:maior arcu a b: quod p̄mū fuit ꝓpoſitorū:ꝛ ſimili mō demonſtrari pōt q̄nto magis cētrū epi.ab auge elongatur tāto eq̄tio maior ē:qꝛ cētro terre magis appropinquat:q̄re ꝓ argumēti equatione verificata habēda opꝫ cū cētro medio minuta reperiantur ꝓportionalia vt videbit̃:ꝓ ſecundo vero eſt ſciēdū ex doctrina.3.euclidis ꝓpe initium ꝙ linea dr̃ circulū ꝯtīgere nō quecūq̧ tāgat:ſꝫ ſi ita tāgat ꝙ ex vtraq̧ pte ducta circulum non ſecet vt linea e n: tūc i pūcto o:tangit epi.id dr̃ ei cōtingens ꝛ o:dr̃ punctꝰ contactus linee a centro terre exeūtis:i quo pūcto cū luna fuerit epi. nō variato:maior cōtingit eq̄tio argumēti q̄ ſi cēt in pūcto linee ſecantis q̄re maior ē eq̄tio c n:q̄ c d:quum pūctus contactus o:ſit terminus remotiōnā ſi ſemidiameter epi.ad pūctū ꝯtactꝰ g o:trahat̃:lineā e d:in pūcto p:ſecabit:ꝛ erit linea g o:longior linea g p:tota.ſ.pte:q̄re angulꝰ g e o:amplior angulo g e p:p.24.pri.ꝛ per.25.3.arcus c n:maior arcu c d:ideo qñ argumentū denotauerit lunā eē in pūctis cōtactus:equatio maxima reperit̃:in alijs vero locis ſm variationem argumēti equatio variatur:quare non immerito argumenti equatio dici debet:cū per eū q̄nta ſit reperiat̃:qd̄ qualr̄ fiat non intendo ꝓſequi:cum ſepius ab his me velle abſtinere retuli:ſꝫ quia equationem non tm̄ dat argumentuꝫ verum:et qualiter ea medius motus equatur ꝛ verificatur docet:ideo videre oportet ſi argumētum fuerit minus .6.ſignis : vt in figura hac in q̄ c:exiſtente arietis initio argumento vero h i: mediꝰ motꝰ lune c a b:minor ē vero c a l:quare eq̄tiōe b l:ex medio motu dempta verus motꝰ reſtabit. ¶ At vero argumēto maiori .6.ſignis vt h i k:mediꝰ motꝰ c a b:minor ē vero c b m:q̄re medio motui eq̄tio addit̃:ꝛ verꝰ reſultat :qꝛ hic facile eſt ſi bene quis ſpeculetur figurā:non ꝓlongo ſermonē in nimiam declarationem: tāto magis quia plures exponat canones de eq̄tione. ¶ Modo autem reſtat duarum regulaꝝ de equatione argumenti rationem demonſtrare:quarum prima eſt:qꝛ in tabulis argumētoꝝ lune eq̄tionū duplex ſcribit̃ nūeroꝝ argumenti ordo videlꝫ.0.1.5.59.0.2.5.58.quorū p̄mꝰ deſignat diſtātiā lune ab auge ſm motū lune:ſecūdus ꝟo eiuſdē cōtra eius motū eq̄lem diſtātiā: ꝓ quo verificādo dico luna ab auge vera epi.eq̄liter ad ptes diuerſas remota eq̄tiōes argumētoꝝ eē equales:vnde zodiaco a b c d: in cētro e: ꝛ eccē.f g:ſup f epi.h i k:deſcripto:ꝛ ducta linea e f b:epi.in parte ſuperiori ſecabit in pūcto h augis vere.aqua .ſi i.ſcd̄m motū lune:ꝛ k: contra pūcta eq̄diſtātia capiant̃ :in qbꝰ luna exiſtente equatiōes argumētorū contingunt equales ꝓductis nāq̧ ꝑ dicta pūcta lineis e i l:e k m:ꝛ ſemidiametris f i:f k:qꝛ arcꝰ h i:h k :ꝑ ypoteſim ſūt eq̄les:h f i:ꝛ h f k:anguli infra illos arcꝰ formati erunt eq̄les:ꝑ.26.3.q̄re ꝛ anguli i f e:k f e: ꝑ.13.pri.ſed quia duo latera equū angulū cōtinētia f e:f i: equa ſunt duobus lateribus aliū cōtinentibus angulū equalē f e:f k:erit 4.pri.angulꝰ f e i: eq̄lis angulo f e k :q̄re ꝑ.25.3. arcꝰ b l:arcui b m:adhuc eq̄lis qd̄ erat p̄mū ꝓpoſitū.



¶ Secunda regula epi.centro equaliter ab auge ec.remoto ad diuerſas ptes eiſdē vel ſimilibus argumētis manētibꝰ:equationes argumētoꝝ eq̄les erūt:capiant̃ nanq̧ in prefata figura ab a:auge ec.b pūctum ſm ordinem ſignoꝝ ꝛ d/ cōtra equaliter diſtātia ꝛ cū in b/ſit epi.ſup pūcto g/ec.ſcd̄o idem ſcribat̃/n o / producta linea e g d/in quo argumentū n o/equale argumento h i/capiat̃ linea e o p/ ꝯtracta equationes argumentoꝝ equales eſſe demonſtrabo/ducta nanq̧ g o/ſemediametro epi.qꝛ arcꝰ h i/ ꝛ n o per hipoteſim ſūt equales anguli f ꝛ g infra eos formati per ſepius allegatam.3 26.erunt equales.q̄re per.13.p̄mi reliqui e f i/e g o equales at quia f i/f e duo latera trianguli f i e/angulum f/continentia equalia ſunt duobus lateribus g o/g e angulum g/equalem continentibus erit per.4 pri.āgulus f e i equalis g e o angulo igitur per. 25.3.arcus b l equalis arcui d p quod fuit ſecūdum propoſitum/ quare in tabula equationum lune duplex ordo centrorum ponitur duplicem diſtantiam equalem denotantium quibus minuta proportionalia equalia/immo eadem correſpondent.

Deinde cum dicit.


Diuerſificantur tamē equationes eorūdem argumentorum centro epicicli ab auge deferētis ad oppoſitum eunte cōtinue nanq̧ maiorantur ſcđm accesſum cētri epicicli ad centrū mundi : vnde fit vt equationes ſingulorū argumētorū que contingunt centro epicicli in oppoſito augis eccētrici exiſtēte ſint maiores ſingulis equationibꝰ argumentorū que fiunt dum centrum epicicli i auge eccentrici fuerit:relatiuas ſuis relatiuis cōparando. Exceſſus autē harū ſuꝑ illas diuerſitates diametri circuli breuis nūcupātur Linea vero a cētro mūdi ad augē deferētis protracta longior

eſt linea ab eodem cētro ad oppoſitum
augis extenta. Exceſſus autem illꝰ ſu-
per iſtā diuiſus in.lx. particulas equa-
les minuta proportionalia dicitur: ꝙ du
plus eſt ad eccentricitatem. Linea nāq̄
medij motus lune que dirigitur ad au
gem eccentrici: nullam de iſtis particu
lis extra periferiam eccentrici tenet: ſed
omnes intra. Ea vero que ad oppoſi-
tum augis porrigitur omnes habet ex
tra nullam autē intra. Sed que ad alia
loca eccentrici protēduntur aliquot de
illis habent extra tantoq̄ plures quan
to vicinius centrum epicicli fuerit au-
gis oppoſito et tanto pauciores quan-
to vicinius augi. Aequationes autem
argumentorum que ſcripte ſunt in ta-
bulis ſunt que contingunt dum centrū
epicicli in auge deferentis fuerit ſed il-
le vt dictum eſt minores ſunt eiſque cē
tro epicicli alibi conſtituto ſūt cum igi
tur centrum epicicli alibi conſtituitur:
quod fit dum centrum lune eſt aliquid
per centrum accipiuntur in tabula mi-
nuta proportionalia et per argumen-
tum verum accipitur diuerſitas diame
tri que tota additur ad equationem ar
gumenti prius in tabula receptam ſi
minuta proportionalia.lx.fuerit. Sed
ſi minus fuerint non tota additur ſed
aliqua eius portio talis qualia ſunt mi
nuta proportionalia reſpectu.lx. ꝛ tunc
proueniet equatio argumenti vera ad
talem ſitum epicicli.

¶ Infert quoddam correlarium preceptiuum
Nam quum demonſtratum ſit ceteris paribus
equationes argumentorum eorūdem vel equa
lium propter exceſſum centri epi. ad centrū mū
di variari: ꝛ maiores in augis oppoſito ꝙ ī au-
ge contingere: ꝛ quanto magis terre appropin-
quat: idem argumento equatio maior eſt attri-
buta: ideo ne in accipiendo equationē error cō-
tingat: oportet prius ſcire an epi. in auge vel in
oppoſito vel ī quo loco ſit: ꝛ ſcd͞ʒ eius maiorem
propinquitatem ad terrā vel minorē: eq̄tiones
maiorem vel minoreʒ accipere: vnde habito ar
gumento eius equatio demonſtratiue concludi
tur: epi. ī auge vel in oppoſito exiſtente: at quia
que contingit eo in oppoſito augis maior eſt cō
tingente eo in auge conſiſtente: maioris ſupra
minorem exceſſum diuerſitatem diametri cir-
culi breuis cū noſtris aſtrologie ſcientie ſecta-
toribus nominamus: dicitur nanq̄ diuerſitas
quia differentia ꝛ exceſſus ꝑ eſt vnius ſuper alte

ram: circuli breuis hoc eſt epi. lune: et quia hec
diuerſitas contingit quia epi. lune non equali-
ter a terra remouetur immo quoq̄ magis appro
p̄at ꝙ alias: vltra hoc oportet ſcire exceſſū ma
xime diſtātie hoc eſt linee augis ſuper minimā
ꝛ oppoſiti augis: qui quidem reſecatus ab augis
linea verſus augē: diuidat in.60 ptes equales
q̄ minuta vocantur proportionalia: propter īfe
rius dicendam rationem: ꝛ nota ꝙ hm̄ōi exceſ-
ſus ad eccentricitatem duplus eſt: veluti demō
ſtraui in theorica ſolis: modo quando centrum
epi. lune ꝛ eius medij motꝰ linea eſt in auge con
tinet omnia hec.60. minuta. intra circumferen-
tiam ecce. ꝛ extra nulla: ex quo in maxima eſt
remotione: ea vero que trahitur ad oppoſitum
augis extra habet omnia intra vero nulla: ex q̄
breuiſſima eſt linearum: in aliis autem locis cē
trum epi. exiſtens aliquot intra aliquot extra:
quia propius eſt terre: ꝙ ſi eſſet ī auge ꝛ remo
tius ꝙ in oppoſito: ꝛ quanto magis augi appro
pinquat tāto plura intra: ꝛ pauciora extra: ꝛ quā
to magis oppoſito augis plura extra ꝛ intra pau
ciora. Equationes argumentorum lune que in
tabulis notate ſunt: ſūt q̄ contingunt ac ſi ſem-
per epi. eſſet ī auge; ſuppoſito nāq̄ eo ſemper in
auge exiſtere. ſed tamē luna in epi. moueatur et
argumentū creſcat ponitur tunc eq̄tio argumē-
torum ꝑ ſingulos gradus. Sed quia in aliis lo
cis epi. exiſtēte/ille ſūt maiores relatiuas ſuis
relatiuis ꝯparando. id eſt argumētis ſemꝑ exi-
ſtētibꝰ equalibus/vt vni.g. argumēti in augis
oppoſito maior correſpōdet equatio ꝙ eidem ī
auge/ꝛ ita duobꝰ ī oppoſito maior datur equa-
tio ꝙ in auge/ꝛ ita de ſingulis argumētis: qua-
dere per argumentum non inuenitur niſi eq̄tio
eius in auge ꝯtingens. At quando epi. lune eſt
extra augē quod deprenditur per centrum lune
quādo eſt aliquid. i. quādo epi. lune diſtat ab au
ge quā diſtātiam dictum eſt centrum lune nomi
nari/per centrum lune accipiuntur minuta pro
portionalia/hoc ē quot minuta epi. eſt intra cir
cūferentiā ecce. denotant ꝙ ſi nāq̄ appropinquat
centro terre magis ꝙ quando fuerit in auge cō
ſequenter quāto fuerit maior equatio hic con-
tingens/ꝙ ea que in auge/ꝛ per argumentū ca-
pitur diuerſitatis diametri/nam maius argu-
mentum maiorem habet diuerſitatem diame-
tri/ꝛ ſi minu. ꝓportionalia ſint.60. ꝛ omnia de-
notātia epi. eſſe in oppoſito augis/et in maxia
appropinquatione vbi equatio maxima contin
git diuerſitas hec tota addi debet equationi
argumenti in auge reperte/ꝛ quod reſultat erit
equatio vera argumenti in oppoſito augis. Si
vero minuta nulla ſint denotantia epi. eſſe ī ma
xima remotione ꝛ auge/minima contingit eq̄-
tio que iam reperta eſt/quare nihil de diuerſita
te diametri adiungi debet/at ſi eadē aliqua fue
rint nō tota.60. ſed gratia exempli.30. ꝛ medie
tas eorum denotantia epi. eſſe ī locis interme-
dijs augē ꝛ oppoſitum vbi eq̄tio neq̄ minima
ſeu illa q̄ ī auge/neq̄ maxia velut in oppoſito/
tūc nō tota addi dʒ diuerſitas ſʒ ꝑs media ſicut
epi. mediocriꝰ appropiquat vn̄ vna ꝑs dʒ addi
ſꝑ q̄ ad totā ī tali ſe hēat ꝓportiōe in q̄ minuta
inuēta ad omīa.60. ſe habēt/vnde qꝛ minu.30.
medietas ſūt.60. medietas illꝰ addi deoct: nā


epi.exiſtēte maxie terre ꝓpinquo argumenti cū
accidat maxia eq̄tio tota diuerſitas addi debʒ
qū ſo in loco fuerit mediocriter propinquo qđ
30.m̄.ꝓportionalia denotāt mediū.60.diuerſi
tatꝫ medietas erit adijciēda. ¶ Que vt facilꝰ
apprehēdāſ zodiacꝰ ⁊ ecce.cū tribus epi.in au
ge in oppoſito ⁊ loco medio per eq̄diſtantiā de
ſcribātur:per centra quoꝝ a cētro mundi ad zo
diacū vſqꝫ linee ducāſ/⁊ i illis equale argumē
tū ſumaſ ad zodiacū/iterū ex cētro eodem per
extrema lineas ꝓtractis erūt.3.equatiões au
gis q̄ voceſ a.10.g.gr̄a exēpli. Oppoſiti q̄ voceſ
b.16.g.⁊ q̄ ē i loco medio vocata c. Cū equatio
a minima ſit.10.g.a b excedet q̄ maxia eſt p.6.
g.q̄ diuerſitas diametri dī ſꝫ equatio c maior ē



a q: epi.ibi magis appropinquat terre: ⁊ minor
b:q: remouetur magis: videndū eſt quot.m̄.ap
propiquat ⁊ inueniet̄ ꝙ.30.vbi i auge maxime
remouetur:⁊ oppoſito p.60:appropīat terre q̄
cū media ſit iter maximā appropriationem ⁊ re
motionē:eq̄tio c:media erit inter a:maximū:⁊
b minimā:q̄re medietas diuerſitatꝫ.3.ſcilicet.g
cū tota ſit.6.addēda erit eq̄tioni a:q̄ eſt.10.g.⁊
ꝓueniet vera equatio.c.13.g.ideo quia epi.in lo
co medio arithmetice exiſtente ē inter maximā
appropinquationem ⁊ maximam remotionem
equatio c.13.g media erit:eodem modo iter ma
ximam.16.⁊ minimam.10.g.equationē. ¶ No
tandum eſt primo ꝙ minuta ꝓportionalia ſunt
60.partes exceſſus linee longioris ſuper lineā
breuiorem:que quidem denotant maiorem vel
minorem ad terram appropinquationē: vbi nā
qꝫ plura de huiuſmodi minu.reperiūſ extra cir
cunferentiam ecce.ibi maiorē denotantur epi.
appropinquationem eſſe ſeu dictum ē: ⁊ dicun
tur minu.quia ſunt partes ſexageſime illiꝰ ex
ceſſus:imaginādo illum eſſe quoddam integrū
cuius ſexageſime partes minu.vocantur: Pro
portionalia q̄dem quia per proportionē eorum
ad.60.pars ꝓportionalis capitur diuerſitatis
ad totā:quod qualiter fiat patebit inferiꝰ ⁊ hec
eſt vna opinio de minu.proportionalibus:ſecū
da vero opinio quā inſequitur. Joannes de re
gio monte eſt:ꝙ minu hec ſunt.60.partes ex

ceſſus maioris equationis:ſupra minorem:vn
de quoniam i oppoſito augis equatio maxima
contingit:que in auge minima: exceſſus illius
ſupra hanc diuiſus eſt in.60.partes equales mi
nu.propoꝛtionalis eadem de cauſa qua dictum
eſt vocata:⁊ tunc per centrum medium non ac
cipitur propinquitas epi.ad centrum terre: vt
dicebat prima opinio: immo de toto exceſſu et
diuerſitate diametri quot partes addende ſunt
vnde ſi minu.propoꝛtionalia ſint.30.diuerſitatꝫ
diametri in.60 partes equales diuiſe.30.illarū
addi debere denotant. Sed vel prima vel ſcđa
opinio teneatur:operatio i hoc nullo modo fal
lit:vbi nanqꝫ contingunt eſſe.30.minu.propor
tionalia partes:ſcilicet exceſſus longioris linee
ſupra curtiorē extra circūferētiā:ibi etiam.30.
partes ſexageſimarū diuerſitatis diametri ad
di debēt:⁊ ecōuerſo. Ego tū expoſui ⁊ amplia
ui primam oppinionem cum eam auctor in tex.
etiā exponat. ¶ Secundo eſt notandū ꝙ huiuſ
modi exceſſus ſeu lōgioris ſupra curtiorē line
am ſeu maioris ſupra minorem eq̄tionem:i.60
partes potius q̄ alio numero partitus eſt vt et
oīs aſtronomi per.60.diuidant:vt phiſicum ſi
gnū in 60.g.g.in minu.60.quod.in.60 2.etiaʒ
in.60.3.⁊c.et etiam tempus in tabulis diē ſci
licet in.60:minu.in.60 2.⁊c. Cuius rationem
aſſignat Ptholemeus in primo Almageſti capi
tulo nono:⁊ eſt quia aſtrologus in opere calculi
indiget numero plures recipiente ſectiones ma
xime pro partibus propoꝛtionalibus capiendo
non datur autem numerus infra numerum ſe
xagenarium qui in tot partes ſecari poſſit quos
iſte:partitur nanqꝫ.10.diuiſionibus:primo i.2.
medietates vt.30.2.in.3.tertias vt.20.3.in.4.
quartas vt.15.4.i.5.quītas vt 12.5.i.10.ſextas
vt.10 6.in.10.decimas vt.6.in.12.duodecimas
vt i.15.decimaſquintas vt.4.in.20.vigeſimas
vt.3.5.⁊ vltimo.30.trigeſimas vt.2.quare cum
tot partibus itegris partiatur in ſuo opere me
ritoꝛium preponit aſtrologus: ⁊ quia minutorū
ꝓportionalium ſm̄ diuerſum ſitum epi.ab au
ge eccen.⁊ variationem centri lune plures par
tes in tabulis reperiantur: oportuit ea numero
hoc ſexagenario partiri :et propter hoc minuta
dicta ſunt:minutum nāqꝫ eſt.g.pars ſexagena
ria ita vnūquodqꝫ iſtorum pars ſexagenaria ē
illius exceſſus:exceſſus nanqꝫ ille conuenit cū
gradu cum ſit integrum quoddam ſicut et gra
dus. ¶ Tertio eſt notandum ꝙ per minu.pro
portionalia:pars capitur propoꝛtionalis diuer
ſitatis vt dictum eſt:ideo.m̄.propoꝛtionalia no
minata ſunt:in quali nanqꝫ ad.60.propoꝛtione
ſe habent:diuerſitatis capitur pars que in eadē
ſe habeat ad totam: cuius operatio ⁊ ſi potius
in canonibus tabularuꝫ declarari debeat:tamē
quia operatio eorum confuſa eſt:⁊ carens ratio
ne conueniens viſum eſt mihi eam per regulas
proportionum declarare. Dato nanqꝫ in exem
plo priori ꝙ diuerſitas diametri.6.eſſet.g.que
tota adiūgi deberet eq̄tioni:ſi.m̄.ꝓportionalia
eēnt.60.at q:.m̄.non ſunt niſi.30.accipiā diuer
ſitatis ptē ꝓportionalē ad totā ſeu.30.ad.60:
ponā nāqꝫ triplicē ordinē numeroꝝ quoꝝ priꝰ.
60.m̄.ꝓportionalia.ſcđus diuerſitatē.6.g.ter
tius.30.m̄.4.vero querit̄:ad quem i tali ꝓpor

tione ſe habeat tertius.numerus ī qua primus ad ſcdm multiplico igitur tertiū p ſecūdum: vt 30.per.6.ꝛ reſultabūt.180.qd p.60.primum nu meruz partiaꝛ:ꝛ fient 3.quartus.ſ.numer⁹ ps diuerſitatis ad quē.30.m̄.ſe habent ſicut.60.ad totam diuerſitatē vtrobiqꝫ nāqꝫ decupla ē pro portio q̄ ps diuerſitatis addenda ē eq̄tioni.m̄. exiſtētib⁹.30. ¶ Ut aūt mō huic theorice ꝯple mentū imponā.7.terminos declaratos exēpli ficabo:ꝛ q̄liter illis opereꝛ: p vero motu plane te repertendo declarabo: vnde ſupra cētro: a zo diacus b c d e: cuius dyameter c d: p̄ncipiū arie tis b: aux c: oppoſitum vero eius d: deſigneꝛ: ꝛ diametro f: punctus oppoſitus centro ec. ſuma tur ecc̄.quoqꝫ ī cuius puncto g: epi.linectur: p cuius centrum a g e: ducatur linea: ſecans eum in puncto h: ꝛ f g: ī puncto i ſecās: ꝛ luna exiſtē te in puncto k a centro mūdi vſqꝫ ad zodiacum a k l: erit nanqꝫ linea medꝫ motus a g e: per cē trū tranſiens epi.ad zodiacum: ꝛ arcus zodiaci b c e: medius motus: linea vero veri motus per lunam tranſiens a k l: ꝛ verus motus b c l: atq̄ cē




trū lune c d e: Aux vera h: ꝛ media.i: cētri vero eq̄tio epi.arcus h i. Argumentū mediū i h k: et verum h k: cuius equatio arcus zodiaci e l: mo do ſi libeat inuenire verum motum lune: ex quo inequalis eſt: medi⁹ pri⁹ b c e: reperiꝛ.deinde p duplationem medie elōgatiōis lune a ſole cen trū lune c d e: habeꝛ: q̄ eq̄tione i h: iuēta: ab ar gumēto medio i h k: p tpe inuento dempta per canonē: verū argumentum h k: haud ignorabiꝛ qd cū det eq̄tionē e l: ꝛ demū ſcipiat p cānonē: ſi ex medio motu b c i e: argumēti equatio l e: de maꝛ: ver⁹ mot⁹ b e l: ꝛ verus lune loc⁹ l: habe biꝛ: q̄ opatio q̄liter numerus ſignoꝝ graduū ꝛ minutoꝝ compleaꝛ in tabulis habetur.

¶ De dracone lune

Superficies eccentrici lune vt dictū ē ppter declinationē po loꝝ orbiū augē deferētiū ſu pficiē eclyptice ſup dyametro mūdi in terſecat. vnde vna ei⁹ ps verſus aq̄lonē altera verſus auſtrū ab eclyptica declia bit. Illa igiꝛ interſectio circūferētie ec centrici lune cum ſuperficie eclyptice in qua cū cētrū epicicli fuerit verſus aqui lonē ire incipit. caput draconis nūcupa tur: cauda vero reliqua.

Habita p ea q̄ dicta ſūt ī p̄cedēti theo rica ꝯplecta ſcia de luna q̄ ad orbes q̄b⁹ ipſa deferꝛ ꝛ orbiū mot⁹ in pre ſenti pte de eius dracone agit: ꝯueni ens naqꝫ fuit poſt lune d̄minationē de dracone mētionē facere: qꝛ ab ei⁹ orbib⁹ cauſaꝛ vt ſupra patuit: ꝛ ſi ī theorica p̄cedēti de eo aliq̄lē mētio nē egerit. hic tn̄ particularius de eo determinat t̄ q̄ ad notificationē ſectionū q̄ ēt q̄ ad earum mot⁹. Attamē qꝛ in theorica lune ī expoſitione ei⁹ ptis. Sꝫ orbis q̄rtus: circa draconem ſuffici entē viſus ſum digreſſionē fecisſe: qualiter cau ſaꝛ: qua velocitate mouetur: quib⁹ ſignis ꝛ ap parentiis depēſis ſit declarando: in hac parte ne alias dicta replicando tedioſus fiam tātum textum declarabo: et quorum opoꝛtuerit ratio nes aſſignabo. De dracone igitur determinādo primo agit theorice: ſecundo vero practice opa tiōis ſcꝫ tabularis pro dracone reperiēdo ratio nem manifeſtando: ꝛ terminos exponendo ibi. Medius itaqꝫ motus. prima pars in duas iterꝫ ſecaꝛ: in prima nāqꝫ declarat qualiter cauſetur: in ſecunda qualiter mouetur ibi: mouentur au tem. Dicit in prima parte quia poli orbium au gem deferentium a polis eclyptice declinant.5. gradibus: vt claruit in principio theorice lune parte illa. Mouentur autem deferentes: ꝛ eorū orbium ſupficies que equaliter ab vtroqꝫ eorū polo ſe moueꝛ eq̄li remotione a ſupficie eclypti ce declinabit: vt mathematice cōcluſi ī illa pte: orbiū nāqꝫ cōcētricoꝝ adinuicem quoꝝ poli di ſtāt equali diſtātia ꝛ ſupficies eorum adinuicē remote erūt: ꝛ qꝛ ambaꝝ idem eſt centrū.ſ. toti us: ſuper diametro mūdi ſe ſecabunt: quare vna eoꝝ medietas remoueꝛ ab eclyptica verſus ſe ptētrionē: reliqua vero verſus auſtrū ꝛ ita par tes ec. ad diuerſas ptes ab eadē declinant. Et ſpaciū īter eclypticā ꝛ medietatē ec. declinātis dici draconē: ꝛ interſectionū alterā caput: cau dā vo reliquā vocari p cām: dictum fuit in loco allegato: nō tamen que caput ꝛ que cauda eſſet diſtinctum fuit: ideo dico q cum centrum epi. lune q̄nqꝫ ſit verſus ſeptētrionem ꝛ quādoqꝫ ad auſtrū: non poteſt autē hincinde ꝛ econtra niſi prius ī ſectionū aliqua fuerit ꝛ in eclyptica mu tari mediū nāqꝫ ē ī qd ꝯtinue mutās pri⁹ q̄ ad extremū ꝯuenit ex.5.phy. q̄re cū idē fuerit ī au ſtrū ꝛ ad ſeptētrionē trāſmutaꝛ: p quā trāſit ſe ctio caput noiaꝛ reliq̄ vo cauda ea.ſ.q̄ ex ſeptē triōe ad auſtrū pmutaꝛ ꝛ iſ ī corpore ſpico faci lit oñdeꝛ ꝛ ī plano ēt p̄t mōſtrari vū ſi zodiac⁹ a b c d/cui⁹ aq̄lonaris pol⁹ e: ita q q̄cq̄d ab ecly ptica deſcripta ſ'ſus e declinat ſeptētrionale ſit et pol⁹ antartic⁹ vt Ptho.ī ſuo planiſperio de mōſtrat/ī plano eodē deſcribi nō p̄t verū q̄cq̄d extra eclypticā ab ea auſtralē h̄eat latitudinem Eccē. vero f b g d/eclypticā ī b/ ꝛ in d īterſecet qꝛ epi.ī g exiſtēs auſtraꝛ/ſi ī f ꝯueniēs ſeptētrio



nalis fieri debeat: ꝑ ſectionem d: tranſit d: caput appellata eſt: b: vero cauda. q꞉ per eã ex f: pũcto ſeptẽtrionali auſtralis fit in g: tranſlata. ℂ Circa ea que dicta ſunt dubitari contingit: ꝓbauit nanqꝫ auctoꝛ ſuperficiẽ oꝛbium augis lune ⁊ cõſequenter ec. eius a ſuperficie eclyptice declinare: cum poli eoꝛum a polis eius declinant: cum ego in pꝛincipio theoꝛice lune demõſtrarim mathematice econtrario. ſ. polos declinare propter hoc ꝙ ſuperficies declinet: quare videt̃ circularis rõcinatio in pꝛimo poſterioꝛum penitus reprobata. ℂ Ad hoc reſpondeo hic adinuicem ſeſe conſequi ⁊ conuerti: poli declinant igitur ſuperficies a ſuperficie: ⁊ ecõuerſo ſupficies declinat a ſuperficie. quare ⁊ poli: ⁊ hoc in oꝛbibꝰ adinuicem concẽtricis: vt in dicto loco dictũ fuit: adinuicem igitur ſe inferũt tamen mõ diuerſo: quia ſupficiem declinare per poloꝝ declinationẽ tanqꝫ effectus ꝑ ſuam cauſam concludit̃: pꝛimo nãqꝫ in oꝛbe aliquo poli deſcribunt̃: ſi oꝛbis eſſe inchoare/ a quoꝝ equidiſtantia plana ſuperficies cauſatur: ⁊ ſi poli variarentur ⁊ ſupficies conſequenter ꝑmutaretur. ⁊ ſi ponant̃ indirecto poloꝝ eclyptice ⁊ in axi eadẽ et ſupficies ſub eclyptice ſituata eſſet ſupficie. Supficiei tñ declinatio poloꝝ infert declinationem: tanqꝫ effectus notioꝛ nobis ſuam ignotam cauſam: ignota nanqꝫ eſt nobis poloꝝ declinatio: cũ poli nullo pacto ꝑcipiantur ratione indiuiſibilitatis eoꝝ: ⁊ q꞉ ibi non eſt ſtella q̃ ſola inter oẽs ptes oꝛbis viſu percepta eſt. ſecundo celi. de oꝛbibus loquoꝛ inferioꝝ ſpherarum nõ de octauo: at q꞉ planetã declinare ꝑceptum eſt: ⁊ ꝯſequenter eiꝰ oꝛbium ſupficies planas: cõcludit̃ etiam polos eoꝛum declinare: licet igit̃ hec adinuicẽ ſeſe inferant diuerſo tñ modo vt patet: ad argumẽtum modo dico quãdo in theoꝛica ſupioꝛi fuit demõſtratũ polos declinare eo ꝙ ſuperficies etiã declinat: fuit proceſſus a poſterioꝛi ⁊ a nobis ſenſu manifeſtis ⁊ perceptis. At ſi auctoꝛ mõ econtra declinationem ſupficiei: per poloꝝ declinationẽ: non pꝛobat ignotũ ſed noti ſenſu cauſam aſſignat: ⁊ eſt proceſſus a pꝛioꝛi: qui vt in phiſica et methaphyſica declaratur non repꝛobatur: immo ab oĩbus fere admittitur: cũ ⁊ Ariſto. eo vtatur in locis pluribus: at qñ negat in poſterioꝛum pꝛimo circularẽ diſcurſum ĩtelligit de vniformi. quando ſcilicet vel ſemꝑ per cauſam/ vel per effectum cõtinue ꝓcedit: quod nõ eſt in propoſito noſtro. ℂ Secũdo dubitat̃ quare caput dicitur ſectio d: qua ex auſtro ad aquilonem: reliqua vero b: cauda dicit̃ potius q̃ ecõtra: cum eque bene b: caput: ⁊ d: cauda dici poterat. Dicẽdum ꝙ hoc nõ fuit ratione demonſtratiua actũ ſed tñ ꝓbabili ⁊ ſuaſiua. nam epi. in auſtro exiſtens ſi ad ſeptentrionem moueat̃: ad nos q̃ ſumus verſus ſeptentrionẽ accedit: hinc vero ad auſtrum motꝰ a nobis recedit: acceſſus autẽ q̃ receſſus dignioꝛ eſt vt patet. quare capiatur motus acceſſus eius ex auſtro ad arcticum. Cum enim epi. exiſtens in auſtro ad ſeptẽtrionem motus ⁊ nobis appropinquãs ad ſectionem d: pꝛiꝰ q̃ in b: ꝑueniat: ⁊ caput pꝛius ⁊ nobilius ſit cauda: id d: caput potius q̃ cauda dictum eſt: qđ ſi vlterius moueatur ex aqlone in meridiem ſcđo perueniet in b: et etiam q꞉ in motu hoc recedit a nobis b: cauda nomiata eſt: que capite minꝰ digna. ℂ Sed nota ꝙ vez ex auſtro ad ſeptentrionem nobis ſeptentrionalibus accedat. id ſectio per quam in motu hoc ꝑtranſit nobilioꝛ eſt q̃ reliqua: ⁊ caput nominanda: et reliqua cauda. auſtralibus vero ſi pars auſtralis terre hominibꝰ incolat̃: erit per oppoſitum: nã epi. in ſeptẽtriõe exiſtens ad meridiem motus illis accedet: iquare ſectio b: ꝑ quam trãſit caput illis: reliqua vero d. ſ. ꝑ quam ab eis recedet cauda. At q꞉a hoc potius placitũ ſequitur ⁊ non hꝫ rationẽ demõſtrãtem: nil obſtat ſi dicatur illas nominibꝰ terminari voluntate antiquoꝝ. ſi quam tamen rationem pꝛobabilem patiuntur eſt quã ego dedi.

Deinde cum dicit.

Mouentur autem hee interſectiões quotidie vltra motum diurnum verſus occidentem tribus minutis fere: virtute motus oꝛbis aggregatũ trium alioꝛum oꝛbium lune ambientis


ℂ Declarat qua velocitate ⁊ ad quem ſitũ draco lune moueatur. vnde mouẽtur eodem modo ſeu oꝛbis quartus lune deferens draconem nominatus: verum ille per ſe ab intelligentia ei applicata. draco vero ꝑ aliud cum a dicto oꝛbe rapiatur. ideo quia ibi motum hũc expoſui ⁊ multa alia declaraui. ea in parte hac nõ epilogabo.

Deinde cum dicit.

Medius itaqꝫ motus capitis draconis lune: eſt arcꝰ zodiaci a pꝛincipio arietis contra ſucceſſionem ſignoꝛum vſqꝫ ad lineam a centro mũdi per ſectionem capitis pꝛotractam numeratus Uerus autem motus capitis eſt arcus zodiaci ab arietis initio ad iam dictam lineam ſecundum ſucceſſionem ſignoꝛum computatꝰ. Similiter dici poteſt de cauda.

Ex his manifeſtum eſt ꝙ ſubtracto me dio motu capitis a duodecim ſignis ve rus eius motus remanet. Unde cōmu- ne dictum dicens. caput lune tm̄ medio motu ire contra firmamentum. ꝗtū in veritate vadat cum firmamento. ita in- telligitur medius motus capitis lune contra ſucceſſionem ſignoꝛum in eum punctum pꝛotenditur. in quem ver⁹ ſe cundum ſucceſſionem ſignoꝛum.

¶ Pꝛactice de motu dꝛaconis nunc agit: termi minos quibus eius verus motus reperitur de- clarando: ⁊ licet caput non moueat̄ inequaliter in zodiaco ratione cuius medium motū non de beret habere: qꝛ tamen ei⁹ motus eſt cōtra oꝛdi nem vt dictum eius ver⁹ qui ſm̄ oꝛdinem in zo diaco ꝑ tempus ſeu motus regularis accipi nō poteſt: cum tempoꝛe creſcente ille decreſcat: non enim a pꝛincipio arietis caput elongatur ſm̄ oꝛ dinem ſignoꝛum: immo appꝛopinquat: ſed qꝛ ab eo remouet̄ cōtra oꝛdinē ſignoꝛum ꝙ diſtantia creſcit tempoꝛe aucto: igit̄ arc⁹ ſeu motus in ar cu a pꝛincipio arietis: ad lineā vſq; a centro mū di ꝑ caput ductam ad zodiacum contra ſignoꝝ medius motus dicitur: caput ⁊ linea ꝙ per eum tranſit in iſto caſu. i. inquātū terminat medium motum linea dicet̄ motus medij. ꝑ. ḡ. ſupꝛa cen tro a: eſto zodiac⁹ b c/ ⁊ d/ caput dꝛaconis per qꝺ a d b/ ꝓducta linea medij motus erit c b/ medi⁹ eius motus contra ſucceſſionem ſignoꝛum c/ vi delicet initio arietis exiſtē te. verus autem mo- tus eſt arcus zodiaci ad dictam lineam ab arie- tis pꝛincipio ſm̄ oꝛdinem ſignoꝛum vt c b/ ꝑ in- ferius ⁊ linea a d b. inq̄tum terminat hunc arcū veri motus erit linea veri motus: vnde ⁊ ſi rea- liter ſit eadem ratione tamen eſt differens ⁊ di- uerſa. inquantū duos dictos arcus veri ⁊ medij motus terminat. Et eodē mō accipiendū eſt de



cauda. ſ. ꝙ eius mot⁹ medius eſt a pꝛicipio arie- tis ad lineam que a centro terre tranſit per cau- dam contra oꝛdinem ſignoꝛum. et verus eſt ab eodem initio ⁊ ad eandem lineā. ſed ſm̄ ſignoꝝ ſucceſſionē. verum de cauda non opꝫ meminiſſe quia locus eius verus habetur reperto loco ca- pitis. cum ſemꝑ in zodiaco opponātur. vnde pꝫ totum zodiacum verū ⁊ medium motū capitis continere. quare dēpto medio motu capitis iam habito ex toto circulo. ſeu. 12. ſignis cōibus. reſi duū eſt motus verus eius. quia ad punctū eun- dem medi⁹ ⁊ verus motus capitis terminātur. ⁊ a pꝛincipio eodem initiantur. Et hoc intelli- gunt dicentes caput lune tm̄ medio motu ire cō tra firmamentum: i. zodiacum ⁊ ſucceſſionem ſi gnoꝛum. Quantum in rei veritate hoc eſt vero motu cum firmamento.

De tribus ſuperioꝛibus.

Quilibet trium ſuperioꝝ tres oꝛbes habet a ſe diuiſos ſecū dum imaginationem triū oꝛ bium ſolis. Jn oꝛbe tamē me dio qui eccentricus ſimpliciter exiſtit: quilibet habet epiciclum in quo ſicut in luna tactum eſt coꝛpus planete figitur.



Poſtq̄ ſufficienter ꝗtū pꝛeſentis o- ꝑis pꝛopoſito attinet theoꝛicalem de luna conſiderationem ⁊ ab eius oꝛbi bus cauſatum dꝛaconem determina tionem expleuit. Jn pꝛeſenti theoꝛi- ca qui tertia eſt in oꝛdine de tribus ſuꝑioꝛibus planetis: Saturno. ſ. Joue ⁊ Marte ꝓſequitur licet fere omnia que hic ponunt̄ Veneri ⁊ Mer curio cōueniant. qui in ꝗbus differunt ab his in eoꝛum theoꝛicis. manifeſtabit̄. ⁊ in hac termina tione oꝛdinē rationabilem non deſerit. quis nāq; dubitabit Martē/ Jouem/ ⁊ Saturnum/ per fectioꝛes eſſe Venere ⁊ Mercurio. ſunt nāq; al tioꝛes eis. ⁊ pꝛio pꝛincipio magis ꝓpinqui. ſunt quoq; effectus eoꝛum nobilioꝛes ⁊ durabilioꝛes vt declarari habet in libris ꝑticularib⁹ de iudi- ciis. etiam quia communioꝛ eſt hec theoꝛica reli quis que ſequuntur cum de trib⁹ planetis ſimul

agat: cõmunia nanqȝ via doctrine ex primo phyſicorum preponenda ſunt. ſcd'a cauſa eſt quia in hac theorica plurima declarantur ⁊ demõſtrantur q̄ in alijs ſequentib⁹ preſupponentur: ⁊ ab hac declarata accipientur. vt videbiť. q̄nimmo Venus eandem hȝ theoricam ⁊ mot⁹ qualitaẽ fere niſi in latitudine ab his trib⁹ differẽs: et hec notauit quando in ſuprascriptione theorice figure dixit theorica trium ſuperiorum ⁊ Veneris: non igitur indecens fuit de tribus ſuperioribus planetis theoricam preponere duab⁹ alijs q̄ ſequuntur. De tribus igitur ſuperioribus agens duo facit. primo nãqȝ apparentias ſaluat eorũ orbes ſituando: ⁊ motus eorũ declarãdo: ſcd'o vero practice qualiter verus cuiuſqȝ eorum mot⁹ habeatur: ratiões terminorum ⁊ canones declarat: ibi aux autem media. primã iterum in duas diuidit. in prima nanqȝ orbiũ partialiũ ⁊ numerum ⁊ ſitum exponit. in ſecũda orbium motum notificat ibi orbes autẽ auges. ¶ Pro euidentia prime partis eſt notandũ planetas eſſe. 7. ſicut alias patuit luna / Mercurius / Venus / Sol / Mars / Jupiter / et Saturnus / inter quos Sol medius eſt tanq̄ locum medium obtinẽs eſt nãqȝ locus ei⁹ quart⁹ in celo tres hñs planetas ſuperius: ⁊ totidem inferius. igiť dicitur medi⁹ loci ratione: ſecũdo medius eſt dignitate cũ nãqȝ nobilior ſit ſingulis planetis medius ⁊ perfect⁹ ponitur tanq̄ ab extremis equaliter diſtans. cũ igitur neqȝ vni / neqȝ alteri extremorũ magis appropinquat neqȝ ſuperior / neqȝ inferior eſt is vere medi⁹: a quo cũ quis remoueť extremi ſuſcipit denominationem ptis. ſcilicet ad quam magis tendit ab eo remotus. Et q: mars / Jupiter ⁊ Saturnus: a ſole verſus ſuperius recedũt planete ſuperiores dicti ſunt: vnde per tres ſuperiores debemus intelligere hos prenominatos: venus vero / mercurius / ⁊ luna: quia infra a ſole remouentur: tres inferiores planetas antiqui nominauerunt: quia igiť tres dicti ſuperiores quo ad ſitum ⁊ numerum orbium qualitates mot⁹ ⁊ reliquas vniuerſales proprietates communicant: ⁊ ſi quo ad motus velocitates ⁊ quaſdam particulares paſſiones ſeu dicta differant: ideo de eis eãdem incipit theoricant: qui immo ⁊ veneri / ⁊ mercurio ex his multa competũt que in eorum theoricis plurima recapitulabit. ¶ Dicit igitur primo ꝙ ſinguli tres ſuperiores hñt. 3. orbes ſicut tres orbes ſolis: duos videlicet auges deferentes inequalis ſpiſſitudinis. ⁊ eccentrici ſcd'm quid. In medio quorũ eſt orbis ſimpliciter eccẽtricus deferens epi. nominatus. in eo nãqȝ epi. infigitur: vt in precedenti figuratione oſtenditur: ⁊ ad motum eius ille mouetur: ſeu de luna dictum eſt. ⁊ planeta infigitur in epi. ſuperficie plana ⁊ mouetur in eo vt poſt patebit: vnde orbes horum planetarum in omnibus ſimilantur orbibus ſolis tñ epi. addentes vltra illos: ⁊ magis ſimiles orbib⁹ lune ſi nõ haberet orbẽ deferentem draconem.

Deinde cum dicit.


Orbes autẽ auges deferentes virtute mot⁹ octaue ſphere ſuper axe ⁊ polis eclyptice mouentur.

Notificat dictorum orbium qualitatem: et primo duorum orbium auges deferẽtium. ſecũdo ec. epi. deferẽtium ibi. Sed orbis epi. tertio epiciclorum ibi. Epiciclus vero. Dicit igitur primo ꝙ orbes deferẽtes auges omnium triũ mouentur virtute motus octaue ſphere. id eſt eadẽ velocitate: et verſus partem eandem. non ꝙ ſit a motore octaue ſphere: immo ab intelligentijs eis applicatis: eorum motus procedunt: vt ex theorica ſolis habetur: et quia ita eſt ꝙ mouentur virtute ⁊ motu octaue ſphere ſuper axi ⁊ polis eclyptice voluuntur.

Deinde cum dicit.

Sed orbis epiciclum deferens: ſuper axe ſuo axem zodiaci ſecante ſecundum ſucceſſionem ſignorum mouetur. et poli eius diſtant a polis zodiaci diſtãtia non equali.

¶ Agit de motu ec. deferẽtis epi. circa qđ duo facit: primo nãqȝ motus declarat q̄litatẽ ſcd'o ꝓo eq̄litatẽ ibi. Mot⁹ ãt epi. Item primo in 2. in prima nãqȝ declarat intẽtũ ⁊ in ſcd'a tria infert correlaria ibi q̄re ſit. Dicit igiť de primo pte ꝙ orbes ec. epi. deferẽtes moueť ſcd'm ſucceſſionẽ ſignoꝝ: vt manifeſtũ ẽ. q: deferũt plãetas: ⁊ eoꝝ axes ſecãt axi eclyptice: ⁊ poli diſtabũt a polis eclyptice diſtãtia nõ eq̄li: quoꝝ vtrũqȝ demõſtrať. Sit zodiacus a b c d: in cẽtro e: ſigneť. cui⁹ eclyptica a c. ⁊ poli b: ⁊ d: axi b e d: pducta: ec. ꝓo f g h i: cui⁹ cẽtrũ k: ꝑ lõgas ꝯſiderationes viſũ eſt plãetas ab eclyptica remoueri. quare ſupficies ec. decliſabit a ſupficie eclyptice ⁊ ſit f h. Et q: nãqȝ a b: ẽ quarta circuli: eodẽ mõ polus ec. a ſupficie f h: quarta circuli dȝ remoueri: ⁊ f: remoueť ab a: q̄re: et pol⁹ ec. a b: ꝟſus ptẽ eandẽ. erit igiť in g. ſiľr q: a d. eſt q̄rta circuli ⁊ f. elõgať ab a. ⁊ pol⁹ ei⁹ verſus eãdẽ ptẽ a d. remouebiť. erit igiť in i. qua de cã cũ poli ec. declinent a polis eclyptice ad ptes diuerſas ſi a dictis polis axis g k i. ducať. axim eclyptice in pũcto l. ſecabit. qđ fuit ꝓmũ. Et q: axis g k i. ꝑ cẽtrũ ec. k. trãſit. ⁊ nõ ꝑ e. cẽtrũ totius. axi eclyptice nõ i cẽtro mũdi ſecabit. verum i pũcto l. ſȝ q: ꝑ. 7 3. linee l b. ⁊ l g. ſunt lõgiores lineis l d. l i. ãgulis l. ꝯtra ſe poſitis eq̄a exñtib⁹ ex 15 ꝓmi. erit diſtãtia g. a b. maior diſtãtia i. a d qđ fuit ſcd'ȝ nõ igiť eq̄liť diſtãt a polis eclyptice.



¶ Sed cõtra hoc dictũ rationabiliter contigit dubitare quũ enĩ a b: ⁊ g f: q̄rte ſint circuloꝝ cẽt eq̄les ꝓportion aliter: q̄re dempto cõi arcu a g: reſt dua a f: ⁊ g b: eſt eq̄lia: ⁊ q̄ eadẽ rõe d a: f i: ſunt q̄rte circuloꝝ et eq̄les ꝓportiõe: dẽpto arcu f d: a f: ⁊ i d. reſtabunt eq̄lia. Quare cũ g b: ⁊ i d: diſtãtie eq̄pareñ diſtãtie a f: ⁊ ipſe eſt eq̄les ꝑ p̄miſ ꝯceptionẽ p̄mtq̃ ẽ ꝯtra dicta. ¶ Ad hoc dicẽdum q̄ tal ⁊ ſilis argumẽtatio tñ tenet vł i eodẽ circulo vel i circulis eq̄lib⁹ vel i circulis inequalib⁹ ꝯcẽtricis. tñ in eſſe eodẽ circulo manifeſtũ ẽ: oẽs q̄rtas eẽ eq̄les: ⁊ ſilr ineqūlib⁹ circulis cũ ſiãt ãguli recti i cẽtro q̄bus q̄rte ſubtenduñ eq̄les ꝑ. 55. 3. elemẽtoꝝ. Si ṽo circuli nõ ſint eq̄les ſ; vnũ hẽant cẽtꝝ: ãgulo recto eidẽ i centro q̄rta circuli maioris ⁊ q̄rta minoris ſubtẽdiñ: q̄ adiuicẽ ꝓportionãr. At ṽo ſi circuli ſint ieq̄les nec ꝯcẽtrici l; ãgulo recto i cẽtro vni⁹ ſubtẽdañ i illo circulo q̄rta ꝑa: nõ tñ i alio: cui⁹ nõ ẽ cẽtꝝ



explicã diſpoſita figura ſupiori ſcdo: ⁊ ſi f g: f i: l ec. ſint ei⁹ circuli q̄rte: minime tñ i zodiaco ducta nãq; linea e f: vſq; quo zodiacũ tãgat i puncto l: ⁊ ꝑ g ⁊ i: ſilr ex cẽtro mũdi ad zodiacũ ducte linee e g m: e i n: ꝓducãr cũ ãguli ãbo l k: duoꝝ triãguloꝝ ſint recti: qᷓ formati ſunt infra q̄rtas ꝑtes ec. i cẽtro ei⁹ erũt ãguli k e g: ⁊ k e i: ſinguli minores rectis ꝑ correlariũ 32. q̄re arc⁹ ſibi ſubtẽſi l m: l n: miores q̄ q̄rte circuli. nõ igiř q̄rte ec. correſpõdet q̄rta i zodiaco: ⁊ hoc qᷓ cẽtra ſũt diuerſa. ſi nãq; idẽ eẽt cẽtꝝ facto in eo recto angulo: due q̄rte i vtroq; circulo correſpõderent. Et eodẽ mõ l; a b: q̄rta ſit zodiaci: non tñ i ec. eo q̄ ãgul⁹ a e b: rectus format⁹ ẽ i cẽtro mũdi: et nõ i cẽtro ec. cũ id ab illo declinat. ¶ Ad ꝓpoſitũ mõ ad argumẽtũ rñdẽdo formaliř qñ dř a b: et f g: ſũt eq̄les qᷓ quarte circuli: nego nã l; a b: q̄rta ſit i zodiaco. nõ tñ i ec. ⁊ eodẽ mõ f g: l; ſit q̄rta ec. nõ tñ zodiaci vt dictũ ẽ: qᷓ igiř q̄rte ſũt circuloꝝ neq; i cẽtro/neq; i q̄ritate ꝯmunicantiũ: p; q̄ ꝯmittiř fallacia equocatiõis. Eodẽ modo qñ dř demař arc⁹ cõis a g: dico a g: duos eſſe arcus ieq̄les ⁊ nõ eõem: a g: nãq; i eclyptica eſt arcus huius quarte f g: q̄ due ꝑtes iequales ſũt qᷓ duo circuli nõ communicant in centro vt demõſtratum eſt.

Deinde cum dicit.


Quare ſit vt auges eorum eccentricorum. nã ꝑ eclyptica n pertranſeant. ſed ſẽꝑ ab ea verſus aq̄lonẽ et oppoſita verſus auſtꝝ maneãt. ita vt auges. ſ. deferẽtiũ epyciclos: ſimiliř oppoſita. atq; cẽtra ⁊ poli deferẽtiũ eccẽtricoꝝ circunferentias ſuꝑficiei eclyptice virtute motus octaue ſphere deſcribant eq̄diſtantes. vñ etiam in illis ſuperficies eccẽtricorũ a ſuꝑficie eclyptice iequaliter ſecabũtur. atq; maiores portiões verſus augẽ minores verſus oppoſitũ relinquãř.

¶ Tria concludit correlaria. Quoꝝ primũ eſt qᷓ tanq; per effectũ ꝓbaui ꝑ declinationẽ ſuꝑficiei ec. a ſuꝑficie eclyptice: et⁹ polos a polis eclyptice remoueri. concludiř mõ ꝑ cãm ex quo poli declinãt ⁊ ſuꝑficiẽ declinare: ⁊ ita ſuꝑficiẽ deferentiũ augem: q̄ qᷓ moueñ ſuꝑ polis eclyptice aux q̄ ꝯcepta eſt verſus ſeptentrionem: eclypticam nunq; tranſibit vt fiat auſtralis: imo in ſeptentriõe ſemper morabiř: ⁊ oppoſitũ auſtrum verſus. Eſto nanq; zodiacus a b c d: in centro e: cuius eclyptica a c. ⁊ poli b. ⁊ d. producta axi b e d. ec. vero augem deferẽtes f g h i. in cẽtro k. auge f. verſus ſeptentrionem. ⁊ h. oppoſitum. erũt poli g ⁊ i. in eadem axe eclyptice. cum ergo ſphera circa polos roteř oĩs eius punctus circulum a polis faciet eq̄diſtãtem. cuius alter polorum erit centrum in media ergo volutione deferentes ſi moueantur punctus augis faciet ſemi circulũ f l. qui oportet equidiſtet a c. ſuꝑficiei eclyptice ad hoc vt arcus a f. ⁊ c l. in zodiaco ſint eq̄les per. 27. 3 quibus ex quartis a d. d c. demptis f d. d l. equales remanebunt. quare circulus imaginatus f l. equidiſtabit a polo d. ⁊ ita aux ſemꝑ verſus d. polum reperietur ſeptẽtrionalẽ. haud aliter oppoſitũ augis ex h. in m. circulũ h m. polo b. auſtrali equidiſtantem cauſando mouebiř. quare ſemper oppoſitum augis auſtrale erit.



¶ Et hoc eſt quod dicit in ſecundo correlario q̄ propter hoc q̄ deferentes augem motu octaue ſphere mouentur. ⁊ ſuper eiſdẽ polis ⁊ ax au-

ges ꝛ oppoſita circūferētias circuloꝝ deſcribāt a ſupſicie eclyptice eq̄diſtātes: ꝛ eodē mō ꝛ centra: ꝛ poli eccētricoꝝ: de cētro māifeſtū eſt. pui⁹ eīi auge exīte īferat cētrū k. ī līea f. augis: vt p3 ex theorica ſol. auge deide mota ī l. erit līea augis e l: ī q̄ centꝝ ec. erit ī pūcto n: quare ex k: ī n: motū ſemicirculū k n: deſcripſit: eodē mō eq̄diſtantē. vñ māifeſtū ē cētꝝ ſp poſſidere ptē ſeptētrionalē q̄ꝫ ꝛ aux ec. Q; aūt poli exēplariter declaraꝫ et ſi plant⁹ theorica pcipiaꝫ materiali ſit nāq; a: cētꝝ mūdi: ꝛ ſup b: ec. c d e f. deſigneꝫ. cuius c aux. e. oppoſitū. ꝛ d f. axis moueanꝫ deferētes augē motu. g. orbis vt aux m g. ꝛ oppoſitu3 in h. ꝛ cētꝝ ec. ſiat ī l. vt dictū ē ſupra. pducta līnea augis g a h. ꝛ axis ſup ea ppēdicularis k ꝛ l notū ē polū d. factū eē ī k. circulū d k. deſcribendo. ꝛ f. ī l. faciēdo circulū f l. q̄ eq̄diſtāt pol' eclyptice m ꝛ n. vbi. f. ſunt ſectiones qd eſt ppoſitū.



℄ Tertiū correlariū cū ſupſicies ec. ſecetur ab eclyptica ex quo declinat ab ea ꝛ nō in cētro ec. imo ī cētro mūdi eū ſecabit ī ptes ineq̄les. nā illa ps in qua intercipieꝫ cētꝝ ec. ꝛ pſiter aux maior erit pte reliqua ī qua oppoſitū augis relinquitur ex pīo elementoꝝ: hoc correlarium optime expoſui in theorica lune prope pīcipium ibi videatur. Deinde cum dicit.


Motus aūt epycidū deferētis ſuper centro ꝛ polis ſuis difformis eſt. Hec tñ difformitas hanc regularitatis h3 normam. vt centrū epycicli ſuper quodam puncto in linea augis tñ a cētro huius orbis q̄tum hoc centrū a centro mundi diſtat elongatio regulariter moueaꝫ Uñ ꝛ punct⁹ ille centrū equātis dicitur ꝛ circulus ſuper eo ad quantitatem deferentis ſecum in eadem ſuperficie imaginatus eccentricus equans appellaꝫ.

℄ Explanat equalitatē motus deferētis. ſcdo concludit correlarium ibi. Neceſſario igitur. Dicit de prima parte ec. irregulariter moueri a centro ſuo polis ꝛ axi. verum tamen habet regulā hanc. vt centrum epi. ſingulis eq̄s temporibus equales ſcribat angulos. ꝛ ex conſequenti equaliter moueatur ſupra quodam puncto a centro ec. diſtante tñ q̄tum id a centro mundi. et ſunt in eadem linea ſcilicet augis. ꝛ centrum ec. ī medio ſit per equidiſtātiam a centro mundi ꝛ a pūcto prefato. Q8 dicitur centrū equantis. ſupra quo circulus equalis deferēti ymaginatur in eadem ſupſicie cū eo. id eſt nō ſe ſecant ꝛ declināt adinuicem. qui circulus equans noiatur. Et dicitur equās. quia cum centꝝ epi. ſupra cētro mūdi ꝛ ec. ſit. irregulare. in eclyptica ꝛ eccen. etiam inequale erit in motu. in circulo vero dicto vniformis eſt motus eius ſiquidem in cētro angulos facit equales. equat igitur ꝛ regulat motus ineq̄les qui ſunt in circulo ſignorū. ꝛ in ec. ꝛ hac de cauſa imaginari ſunt eum. quia in eo epi. facit arc⁹ eq̄les vt Saturn⁹ 00.2 0.35.17.40. Jupiter 0.00.4 59.15.27.8.15 Mars 00 31.26.38.40.5. Venus vt Sol ſuo ec. 00 59 8 19.37.19. ꝛ ſi ex Mercurius vt poſt diceꝫ. huiōi nanq; ſūt mot⁹ medij ꝛ regulares iſtoꝝ. v. hoꝝ exemplū ē vt ec. ſit a b c d. ī cētro e. ꝛ augis diameter a c. ī qua f. cētꝝ mūdi capiaꝫ. ꝛ ſuo oppoſitū augis. ꝛ g. pūctū eq̄diſtans ab eodē ꝛ ſuo augē. qd erit cētrū equātis. ſupra quo ec. eq̄lis deſcript⁹ circulū h i k l. equātē noiari dictū eſt. epi. nanq; tñ in cētro g. āgulos equales et ī circulo h i k l. arc⁹ equales eq̄s tpibus deſcribit. vt ī Almag. pbāt Ptho. q̄ q̄lr depꝛenſū ſit lōgū eēt narrare In equāte quidē regulariꝫ epi. deferꝫ cū ī ec. et ī zodiaco ſit ineq̄lis. nā q̄to vicinior augi fuerit ec. tāto tardior. ꝛ q̄to oppoſito velocior ē. cui⁹ oppoſitum in epi. lune contingere dictum fuit.

Et hoc dicit ibi.

Neceſſario igitur oppoſitū ei quod in luna fiebat. accidit in iſtis, vt ſcilicet centrum epycicli q̄to vicinius augi deferentis fuerit / tanto tardius q̄to vero propinquius oppoſito tanto velocius moueatur.

℄ Nam epi. exīs ī a. auge in b. moueaꝫ angulū cauſando h g i. in cētro eq̄tis. ꝛ a e b. ī cētro deferētis. ductis lineis e b g i. Idē ī c. augis oppoſito manēs ī d. moueaꝫ k g l. in cētro equātis. et c e d. in centro deferentis. ductis lineis g l. e d. qz igiꝫ āguli ābo ad g. ſunt equales erūt arcus h i. ꝛ k l. per. 25 3. adinuicē equales. anguli aūt ad e nō ſūt equales. Nā c e d. maior ē g. vtroq; p. 16. ꝛ. 15. pri. concurrētc cōi ſcia. Ubi qz āgulus a g b. ꝑualet angulo a e b. ꝑ eandē. 16 pri. Erit a maiori āgul⁹ c e d. āplior āgulo a e b. et arcus c d. tātō maior arcu a b quod fuit propoſitum.



¶ Dubitatur an tñ.5.planete habeant equantem et nõ luminaria ⁊ ꝙ etiam luna habeat probatur.quia omnis planeta in cẽtro ec.irregularis equantem ⁊ circulum equalem ec. ſupra centro in quo equalis eſt deſcriptũ debet habere:ad quem regularitas referatur: vt dictũ eſt: ſed ec. lune mouetur in cẽtro eius non vniformiter vt dictum fuit in theorica eius: immo in auge exñs centrum epi. velocius eſt vt in eius correlario fuit demonſtratũ ꝙ̃ in oppoſito exiſtens:quare ſupra centro mundi in quo equale eſt equantem imaginari oportet. luna igitur equantem habebit. Et firmatur auctoritate auctoris de ſphera quarto tractatu vbi vult ꝙ preter ſolem quilibet planetarum tres habeat circulos ec. ſcilicet deferente epi.⁊ equantem: ⁊ addit ꝙ equans lune terre concentricus eſt:⁊ in ſuperficie eclyptice:non igitur tres ſuperiores Venus/⁊ Mercurius tñ habent equantem: immo etiam luna.

¶ In oppoſitũ eſt:eſt auctor ibi in theorica lune nullam de equante mẽtionem fecerat:ꝙ ſi eã haberet diminutus cenſeretur: ꝙ non eſt dicendum.immo motus fuit efficaci ratione quã ego dicam. ¶ Ad hanc queſtionem breuiter dico lunam non egere neqꝫ habere equãtem : ſicut tres ſuperiores:nam equãs eſt circulus imaginarius in quo epi.ſeu planeta regularis eſt:cum nõ habeat circulum realem in quo equaliter moueatur vt dictum eſt: et igitur tres ſuperiores planete cum Venere ⁊ Mercurio quia tã in ec.ꝙ̃ in centro zodiaci.⁊ per conſequens in vtroqꝫ hoc circulo ſint irregulares: vniformes tñ in centro dicto ſuper illo equantem deſcribi oportet imaginari:in quo vniformes ⁊ regulares exiſtant: de pra igitur hac neceſſitate equante non egemus: quare cũ regularitas lune in centro terre : et per conſequens in zodiaco accipitur:ad quid equantem ei aſſignemus:niſi vt inutiliter circulos multiplicemus.Quare ſi tota cauſa equãtis poſitionis eſt equalitatẽ motus habere: lunam equante non egere concedendũ eſt:et hac de cauſa auctor illum non meminit in theorica lune. ¶ At tamen quia ec. interſecat eclypticam vt ibidem viſum eſt draconem cauſãdo interſectio autem non videtur poſſe fieri circulis inequalibus: quales ſunt eclyptica ⁊ eccentricus lune.igitur in cẽtro ecc.equantem imaginatus eſt auctor ſphere equalẽ ec. qui cũ interſecet ⁊ caput cauſet ⁊ caudã vt patet in eius ope quarto tractatu: vbi vult ꝙ draco cauſetur ex ſectione ec.cum equãte:pro hac igitur faciliori imaginatione tñ:quia ex quo ec.⁊ eclyptica non ſe tangant:ſeſe ſecare videntur non poſſe:equantem in luna ille auctor poſuit:⁊ non pro equalitate motus cum ibi nullam faciat de eo mẽtionem:neqꝫ ignoraret epi.lune in eclyptica vniformẽ eſſe. Sed dices quare auctor nõ poſuit pro hac neceſſitate ꝓ dracone cauſando cum de eo mentionem faciat in theorica prefata. Dicendum ꝙ ec.interſecat eclypticã licet nõ ſe tangant:cũ eius altera pars ad aquilonem:reliqua vero ad auſtrum vergat:et cauſentur caput ⁊ cauda:⁊ propter hoc non oportet ponere equãtem:⁊ quia non ita faciliter hec ſectio imaginatur cum eclyptica ꝙ̃ cum circulo equante eum poſuit auctor ſphere vt dictum eſt. ⁊ per hoc patet vtriuſqꝫ partis determinatio.

Deinde cum dicit.


Epyciclus vero duos habet motus quorum vnus eſt in lõgitudinem: alter in latitudinem. De ſecundo dicendum erit poſtea:motus autem eius in longitudinem eſt quo mouetur circa cẽtrum ſuum.corpus planete ſibi infixũ in parte ſuperiori ſecũdum ſucceſſionem.in inferiori econtra deferendo. vnde per oppoſitum in hoc ſe hꝫ epiciclo lune. axis huius motus tranſuerſaliter ſuper circũferẽtia iacet axi ecli. equidiſtãs quãdoqꝫ.quandoqꝫ non vt patebit.

¶ Declarat motũ epi.⁊ tria agit. primo nanqꝫ notificat motus poſitionẽ:ſecundo motus equalitatem: ibi.Et eſt ſupra centro epi. tertio vero motus eiuſdem velocitatẽ ibi. Habet autẽ epi. reuolutio. Pro prime partis euidentiori notificatione eſt intelligendum: ꝙ epi.de ſe non hꝫ lõgitudinẽ determinatã neqꝫ latitudinem: eſt nanqꝫ ſeu cuncta corpora celeſtia perfecte ſphericitatis:et quelibet eius dimẽſio eſt alteri equalis Reſpectu tamen zodiaci in quo ſituatur ⁊ mouetur: veluti zodiacus duplicẽ habet dimenſionem.habet nanqꝫ zodiacus longitudinem.360. graduum.a principio videlicet arietis ad finem vſqꝫ piſciũ numeratam.ſed in quẽ ſitum ⁊ epi.lõgitudinem habet:que ſumitur a parte illa q̃ propinquat arieti ſm longitudinẽ ſigniferi:ſm quã planeta in lõgitudine ſignorũ: vel ſm ꝙ elongãdo ſe ab initio arietis vel contra appropinquando mouetur. Latitudo vero zodiaci eſt dimenſio eius que ſumitur a polo ad polum.12.gradus continens. Que cũ minor ſit longitudine latitudo nominata eſt:⁊ ſm ſitum eundem epi. capitur latitudo. que eſt ſm quam magis alteri polorum ec.appropinquat ab ea ſe remouendo.ſm quãlibet ergo duarum dimenſionum epi. mouetur primo in longitudine ſupra proprio cẽtro in parte ſuperiori ſm ordinem ſignorum.in qua cum planeta fuerit etiam ſm ordinem ſignorũ fertur. In parte vero inferiori cõtra ordinem ⁊ ibi exiſtẽs planeta eodem modo mouetur. Quare ptꝫ v.planete in motibus eorum in epi.contrariantur lune.luna nanqꝫ in parte ſuperiori contra:⁊ inferiori epi.ſm ordinem ſignorum mouetur: vt notũ eſt ex eius theorica: cuius oppoſitum dictum eſt de his.quare epi.ſm diuerſas partes moueatur ad oppoſitas differentias poſitionis:⁊ qualiter pars ſuperior ⁊ inferior in eo diſtinguantur patet ex precedenti theorica.habet etiam epi. aliũ motum in latitudine quo remoueatur ab eclyptica ⁊ ſuperficie deferentis per partem ſuperiorẽ verſus alterum:⁊ verſus reliquum polorũ eclyptice per inferiorem ſeu poſterius dicetur . ſcilicet in capitulo quod fiet de motibus planetarum in latitudine.vbi patebit qualiter tam in ec.ꝙ̃ in epi. planeta in latitudie moueatur. ex quo notũ erit qualiter axis quo in longitudine mouetur epi. iacet trãſuerſaliter ſuper ec.circũferentiam.⁊ quãdoqꝫ equidiſtet axi eclyptice.⁊ quandoqꝫ immo vt plurimum minime.

Deinde cum dicit

Et eſt ſup centro epicicli irregularis hec tñ irregularitas hanc hȝ regulã vt a puncto augis epicicli medie quicunq; ſit: corpus planete regulariter elonget. Similiter igitur in his ſicut in luna ſeq̃ neceſſe eſt: vt continue aux media epicicli ſimul ⁊ vera varientur: atq; velociorem eſſe motum reuolutiõis epicicli ſuper centro ſuo per medietatem deferentis ſuperiorem: tardiorem autem per inferiorem.

¶ Declarat equalitatẽ mot⁹ epi. vñ dicit q̃ ſuper cẽtro eius eſt irregularis: iȝ ꝯtinue corpus planete ab auge media epi. q̃ punct⁹ eſt oſtẽſus ꝑ lineã a centro eq̃ntis ꝑ centrũ epi. protractã regulariter elongaꝫ: quare nõ ſequiꝫ ſimpliciter regulꝛ moueri: cum aux hec media ſiſr ⁊ vera (q̃a non demonſtranꝫ per lineã a cẽtro eccen. exeuntem) continue varianꝫ: vnde q̃ñq; mouenꝫ ad eandem partẽ ꝓ̃ius ad quã planeta velox eſt i epi. aliq̃ñ vero mouenꝫ ad ꝑtem contrariã ⁊ oppoſitã. ⁊ tũc tard⁹ eſt vt dictũ et demõſtratũ fuit in theorica precedenti: ⁊ meli⁹ videri poterit theorica materiali. tñ in vno differt aux media horꝫ planetarũ ab eadẽ auge lune: q: in luna capiebatur ꝑ lineam a puncto oppoſito centro ecceꝫ. cũ in his per lineã a cẽtro eq̃ntis exeuntẽ: vñ ſequitur epi. reuolutũ ꝑ partẽ eccen. ſuperiorẽ circa propriũ centrũ velociter moueri: q: tũc aux media mouetur verſus partẽ planete: per inferiorẽ vero tardi⁹: ex quo aux ad oppoſitã ferꝫ ꝑtẽ. ꝓ. ğ. ſit ecc. a b c: cu⁹ cẽtr ꝓ d: aux a: ⁊ oppoſitũ cilica



a d c: ꝓducta in qua centrũ eq̃ntis e: capiaꝫ: et a cẽtro d: d b: ꝓducaꝫ ꝑpendicularis erit b: longitudo media vt infra mõſtrabo a qua pars verſus augem ſuperior: ⁊ verſus oppoſitũ inferior dicta eſt. Eſto nanq; epici. in a: erit aux media pũctus f: in quo ſit planeta: hic vero epi. i b. trãſlato: aux media facta erit in g: pũcto f: cõtinuo eodem manente vt linee oſtendunt: a quo g: planeta ſit elongat⁹ motus regulariter g h: qui cũ prius fuerit in f: arcu f g h: veloci⁹ f: q̃ motu regulari mot⁹ erit. Ab hoc aũt loco in c: epi. ꝑuento aux in f: reuerteꝫ ex g: ⁊ ex g: planeta in h: ſuꝑ ctus erit ex f: elõgat⁹ motu regulari: tardi⁹ motus erit ſpacio f g: h: haud aliter idẽ demõſtrari poterit i reliqua medietate qð: quia ſatis pȝ ꝓ̃cipue ex dictis in theorica lune relinq̃o.

Deinde cum dicit.


¶ Ex dictis infert correlarium. ex quo declarato alia tria cõcludit ibi. Uñ fit vt maxime. Pro correlario declarando fiat tertia figura cũ ecliptícis ⁊ circulis paruis ceu prla: ⁊ equinoctialis o p q r: cui⁹ polus borealis ſ: addat: ſitq; caput Arietis in f: ⁊ Libre in k: punctis paruorum circulorum eclyptica mobilis o f q k: equatorẽ ſecabit in duobus pũctis oppoſitis o ⁊ q cõtra ordinẽ ſignorum a capitibus Arietis ⁊ libre primi mobilis ⁊ none ſphere diſtantib⁹: fiant deinde capita predicta in g ⁊ l: eclyptica mobilis cũ fixa vnietur. ⁊ cũ eadez equinoctialem in c et a ſecabit. Ad capita igitur Arietis ⁊ libre ſecundũ ordinem ſignorum erunt ſectiones approp inquate ⁊ vnite: capitibus autẽ Arietis ⁊ libre in h ⁊ m: trãſlatis: mobilis. eclyptica h p m: eq̃noctialem interſecat in p ⁊ r erũt igitur remote ſectiones ſm ordinem ſignorum ab ariete libra primi mobilis. Jnde vero in i ⁊ n predicti tranſlatis: ſcundo vnica erit mobilis cum fixa eclyptica ⁊ ſectiones in a ⁊ c: contra ordinem ſignorũ punctis equinoctiorum erunt facte propinque: vltimo in f ⁊ k redeuntibus illis: ſectiones fiẽt in o ⁊ q: ⁊ remote ſunt ab a ⁊ c: ꝯtra ſucceſſionẽ ſignorum. Quare patet quod eclyptica mobilis ſemp ſecat equatorem in capitibus arietis ⁊ libre primi mobilis vel prope ad ea accedẽdo et recedendo vtrinq;. Jta ꝙ tempore quo nona ſphera ſuã volutionẽ complebit. 49000 annis ſecũdũ naturales phyloſophos loquendo q̃ cõſitentur motum ⁊ tempus eterne duraturum ⁊ nonam ſpheram infinitas perfecte circulationes quod abnuendum eſt a fidelibus. Dato nanq; quod motus duraret tanto tẽpore eclyptica mobilis per quẽlibet eius punctũ equatorem ſecabit in capitib⁹ arietis ⁊ libre primi mobilis vel prope hinc inde ad certos limites quod ſecet in his locis manifeſtũ eſt p probationem i hac tertia figura. Quod autem quilibet punctus eclyptice in tanto tpe ſecet manifeſtum eſt eo ꝙ in tanto tẽpore mouetur nona ſphera in lõgitudie



Deinde cum dicit.

Unde fit vt maxime zodiaci declinationes variabiles exiſtant. Hinc itaq; contingiſſe creditur a diuerſis aſtronomis diuerſis tempoꝛibus eoꝛundem maxīarum zodiaci declinationum quātitates fuiſſe non equaliter inuētas. Maioꝛes nanq; reperte ſunt a Ptholemeo ꝙ ab almeone: quod vtriq; cū ſimilibus vījs ⁊ modis proceſſerūt vix aliter ꝙ tali motus diuerſitate vel ſimili ſicut dictū eſt modo euenire potuit.

¶ Ex dictis in hoc coꝛrelario tria alia ꝯcludit ſecundū ibi. Uariationem autem tertiū ibi. Ex quibus quidem pꝛimo. Dicit igitur pꝛimo ꝙ ex quo dictū eſt eclypticam mobilem equatoꝛē nō ſemper in punctis ſecari eiſdem: ſequitur maximas declinationes zodiaci variari vt in pꝛedicta tertia figura qñ eclyptica mobilis vnitur cū fixa equatoꝛem ſecat in a et e capitibus arietis et libꝛe pꝛimi mobilis: ⁊ eiꝰ maxima declinatio eſt in b cancro: ⁊ d capꝛicoꝛno. At quando aries mobilis ē in f: ⁊ libꝛa in k fiūt pꝛefacte ſectiōes in o ⁊ q: ⁊ punctꝰ medius eclyptice maxime declinans ad boꝛeam erit t: qui magis ꝙ b declinat: ex quo maxime: ⁊ pūctus ei oppoſitꝰ ad auſtrum maxime declinabit ꝙ d: ecce modo quod maxima declinatio ꝙ pꝛius erit in b: variata eſt cū in pūcto t ſit facta maioꝛ. Eodē modo ariete in h: ⁊ libꝛa in m: mutatis ſectiones pꝛedicte fient in p: ⁊ r: in quarū medio pūctus magis declinabit ꝙ b: ⁊ punctus dyametraliter oppoſitꝰ magis ꝙ d: non igitur maxime declinatiōes zodiaci inuariabiles ſunt ⁊ equales ſemꝑ. Quare non eſt mirum ſi diuerſi aſtronomi in huiuſmodi diſcoꝛdati ſunt Ptholemeus naq; pꝛio almagesti capi. 12. 23. graduum: ⁊ 51. m̄. reperit. ¶ Almeon autem et poſterioꝛ minoꝛes ſcʒ. 23. g. ⁊. 33. m̄. diuerſitatis naq; cauſa haud aliud ꝙ motus huiuſmodi eſſe potuit. Eiſdem naq; vījs et ſimilibus ingenījs ꝓceſſerunt nam cum ſol ſemꝑ ſub eclyptica feratur: decliatio ſolis eadeʒ eſt cum ea eclyptice: eo igitur in maxima ad auſtrū remotione exiſtente in meridie/ eamq; notarūt ſecundo vero eiuſdem eleuationem medium celi poſſidentis polo quoq; arctico ꝓpinquiſſimi enter quas latitudines differētia diſtātis ē duarum declinationū maximarū meridionalisꝰ. ſcilicet ⁊ aquilonaris: que cū ſint equales erit equatoꝛ diei in medio ab vtraq; equidiſtans/ medietas igitur earum eſt maxima ſolis declinatio ⁊ zodiaci. Ptholemeus igitur hac via pꝛocedēs differentiā inter duas maximas declinationes inuenit. g. 47. m̄. 42. cuius mediū. 23. g. 51. m̄. dixit eē ab eq̄toꝛe maxiaʒ ſolꝰ ⁊ eclyptice remotionē: almeon aūt reperit eas ſimul. 47. g. m̄. 6. cuiꝰ mediū. 23. g. 33. m̄. ab eq̄toꝛe eclyptice dixit maximā diſtantiam. ¶ Tēpoꝛe naq; Ptholemei pūcta declinationē maximarum ad ſeinuicem ⁊ ab equinoctiali magis erant elōgata/ ꝙ tempoꝛe almeonis appꝛopinquata ſunt magis ab enarrati motus cauſam. Quare patet ꝙ variantur maxime declinationes. et quia per eas tranſeūt tropici: ipſi etiam variantur: vnde maxima declinatiōe exiſtēte in b/ ſi tropicus equidiſtās a polo. ſcilicet i b: deſignetur ꝗs dubitat ꝙ minus declinabit ꝙ tropicus deſcriptus in t/ vel in u/ pūctis magis declinantibus. ⁊ eodem modo verſus d: Capꝛicoꝛnum quia cum declinatio cancri verſus articum equetur declinationi capꝛicoꝛni verſus antarticum polum quādo altera eſt maxima ⁊ reliqua.

Deinde cum dicit.

Uariationē autem ſectionis eclyptice octaue ⁊ equinoctialis reſpectu arietis pꝛimi mobilis neceſſario ſequitur vt equinoctia ſimiliter ſolſtitia continue diuerſificētur. Unde non ſemper cum Sol in capite arietis pꝛimi mobilis fuerit: neceſſe ē equinoctium accidere: ſed ſtat antea fuiſſe vel poſtea ſequuturū eſſe: ſcilicet cū fuerit in ſectione pꝛedicta. Ex quo nanq; ſicut ſupꝛa dictum eſt oꝛbes augem Solis deferentes ſuper axe eclyptice octaue ſphere ad motum eiuſdem ſphere mouentur: ⁊ oꝛbis Solem deferens ſuper axe pꝛedicto axi equidiſtanti: neceſſario ſequetur: vt centrum coꝛpoꝛis ſolaris ſemper ī ſuperficie eclyptice octaue ſphere reperiatur. Hec autem ſupꝛficies ſepe immo frequenter eſt extra caput Arietis pꝛimi mobilis quare ſequitur illatum: ſimilis de variatione ſolſtitioꝛum eſt ratio

¶ Eſt ꝙ ſolſtitia ⁊ equinoctia nō contigunt ſole in eodem loco exiſtente: immo cōtinue diuerſantur: eſt naq; equinoctium ſole equatoꝛē poſſidente: vt patet ex pꝛincipījs huius ſcientie: ſʒ non ſemper in eodem puncto equatoꝛ: vt patuit ab eclyptica ſecatur: non enim ſecatur ſemper ī capitibus arietis et libꝛe pꝛimi mobilis: immo ante vel poſt ſucceſſioneʒ ſignoꝛum: quare Sol qui mouet etiam ad motum. 8. ſphere ⁊ ſemper eclypticā poſſidet ad equatoꝛis ꝑuenies nō ſemper eundē punctum: nō enim ſemper equinoctium eſt quando is eſt in capitibus arietis ⁊ libꝛe pꝛimi: immo cōtingit tunc eſſe: ſtat quādoq; ſecuturum: ⁊ aliquando pꝛeceſſiſſe. Exempli cauſa cū caput arietis mobilis eſt in g: vel i: vnitur ſeu ſeptus dixi cū fixa mobilis eclyptica: ſed fixa ſecat equatoꝛē in ariete et libꝛa pꝛimi: quare ⁊ mobilis: ⁊ conſequenter ſol in eiſdem locis et equinoctiali exiſtens vbiq; aget equinoctiū. At in eadem tertia figura capite arietis in f: conſtituto eclyptica mobilis diuerſa a fixa equatoꝛem partieꝛ m o ⁊ q: in quibus punctis cum ſole mouebiꝛ equinoctium fiet: ſed tunc adhuc non peruenit in capita arietis et libꝛe: in quibus nunꝙ erit niſi ſit in f ⁊ k: vt patet omnibus: quare cōſecutum eſt equinoctium pꝛiuſꝙ ad arietem et libꝛam pꝛimi mobilis peruenire. Eodem autē

mobili ariete in h morāte: mobilis eclyptica eq̄
torē ſecabit in p: ꝛ r: quare ſol cum exiſtit in h:
ꝛ m ꝑiē p̄mi mobil' ariete ꝛ libra nō adhuc eq̄=
torem adeptus eſt: neq̧ equinoctium cauſauit
vniuerſale: immo futurū eſt. ¶ Propter autē
motum eundem ꝛ ſectionum variationē ſolſti=
tia diuerſanť quando nanq̧ ſectio fit i a e ecly=
ptica. ſ. mobilis in ariete ꝛ libra ſecat equatorē
maxima ſolis declinatio fit in b cācro p̄mi mo=
lis ꝛ d capricorno eiuſdē. quare in illis locis ſol
ſtitium fiet. Sectionib⁹ autē in o ꝛ q factis fiet
ſolſtitiū in t: vbi maxima declinatio reperitur:
anteq̄ ſol perueniat ad cancrum: ꝛ eodem mo=
do in loco oppoſito intelligendum eſt. At dum
ſectiones cōtingunt in p ꝛ r maxima declinatio
zodiaci ꝛ ſol: in u contingunt ꝛ loco oppoſito re
liqua: quare ſolſtitium fiet poſt receſſum ſolis a
Cācro ꝛ Capricorno p̄mi celi q̄d eſt ꝓpoſitum

Tertium correlarium ibi.

Ex quibus quidem primo concluditur
nō eſſe neceſſarium exiſtentem Solem
in capite arietis vel libre primi mobilis
nullā habere declinationem ab equino
ctiali. Secundo ſimiliter non eſſe neceſ
ſarium in capite Cancri vel capricorni
primi mobilis Solem exiſtentē ab equi
noctiali declinationē habere maximā
Stat enim solē eſſe i circulo per polos
eclyptice primi mobilis ꝛ caput Arie=
tis eiuſdē tranſeuntem ꝛ tamen eſſe ex=
tra ſuperficiem equinoctialis. Simili=
ter ſtat eū eſſe in circulo per polos zodi
aci primi mobilis et caput Cancri eiuſ=
dē euntē. ꝛ tamen tunc ab equinoctiali
declinationē non habere maximā ſed
antea in ipſa fuiſſe vel poſt in ea eſſe fu=
turū. Hec etiam ſequitur tropicos Can
cri ꝛ Capricorni continue reſpectu equi
noctialis variari. nunc quidem verſus
eum propinquando nunc ab eo elōgā
do: certos tamen limites quos exire nō
poteſt habeat illa variatio.

¶ Per eandē figuram oſtendeť quando nanq̧
mobilis eclyptica extra fixam ſituať vt ſit arie
te mobili ꝯſtituto in f ꝛ h: ꝛ oībus alijs punctis
eius parui preter quam in g ꝛ l: tunc ſol exiſtēs
in f ꝛ h erit in principio arietis primi mobilis: ꝛ
in k ꝛ m in principio libre eiſdem: ꝛ tamen ma=
gnam poſſidet declinationem: quod ſi in hoc ca=
ſu ſit in initio Cancri b maximam quam poſſit
habere declinationem non poſſidebit: immo vel
habuit in pūcto t vel habiturus eſt eam in pun=
cto u: tūc enim quando eclyptica mobilis vniť
cū fixa quod contingit ariete mobili tantum in
duobus pūctis g ꝛ l parui circuli conſtituto ſol
exiſtens in ariete ꝛ libra primi mobilis declina
tionē nullā habebit: ꝛ in cācro ꝛ capricorno ma
xima cōtinget: vt patet ex multis dictis: q̄ ſi in
ſtrumento materiali ꝓprio oſtendanť lucule cla=
rius percipientur.

Deinde cum dicit.

Ex his aūt ſtellarum motibus ſatis ap
tū eſt motum aggregatum ex motibus
none ꝛ trepidatiōe octaue quandoq̧ ſe
cundum ſucceſſionem: nunc quidem ve
lociter nunc tarde: quandoq̧ autem ſta
tionarium ꝛ quandoq̧ contra ſucceſſio
nem contingere. ſecundum diuerſum ſi
tum capitis arietis octaue ſphere in cir
cunferētia ſui parui circuli. Difficile igi
tur valde fuit huius motus antiquis re
perire qualitatem. Unde diuerſimode
in hoc fuerunt imaginati. Aliqui nanq̧
dicebant auges ꝛ ſtellas fixas moueri
per noningentos annos verſus orien=
tem continue vſq̧ ad gradus ſeptē. De
inde per alios noningentos annos tā=
tūdē e cōuerſo verſus occidentē Alba=
tegni vero dicebat eas moueri vno gra
du in ſexaginta annis ꝛ quattuor menſi
bus ſemper verſus orientem. Alphra=
ganus autem putauit ꝙ in centū annis
vnum gradum ſemper verſus orientē
perficerent.

¶ Quia ꝑ ſe ꝛ diſtincte omnes quibus octaua
ſphera deferť mot⁹ ſupra declarauit / modo eos
aggregando ſtellarū fixarum que videntur ſal=
uat apparentias: mot⁹ nāq̧ qui videtur in ſtel=
lis fixis cōmixtus ē ex motibus in lōgitudine
none ſphere ꝛ trepidatiōis octaue: quo fit vt ali
quando ſtelle fixe directe videanť moueri ꝛ ve=
lociter: quandoq̧ vero ꝛ ſi directe tarde tamen
ſunt in motu: tertio videnť ſtationarie: ꝛ quan=
doq̧ retrogradari. Quorum cauſe reddi poſſūt
tam i prima q̄ in tertia figura: ex quo nāq̧ ecly
ptica fixa a b c d: mouetur ſm ordinem ſignorū
ſemper et vniformiter vt a verſus b ꝛ punctus
Arietis mobilis in f: conſtitutus verſus g fera
tur ad orientem mouebitur ꝛ ſm ordinē ſigno=
rum quare duo mot⁹ none ſcilicet ꝛ octaue ſphe
re aggregati ad orientem verſus non tantum di
rectas verum etiam veloces efficient ſtellas fi=
xas: ex g ſo moto Ariete mobili: incipit ad oc
cidentem deferri: tardius tamen q̄ nona ad ori
entem: quare non aget vt ſtelle fixe regrediant:
verum in motu directo tarde reddantur: at q̄ſi
idem ex g ad h magis procedet ad occidentem
motus octaui orbis equiparabitur motui nonē
ad orientem. Quare ſtelle fixe ad earū neutrā
partem delate ſtationarie iudicabunť Quando
vero ꝓpe h: caput Arietis mobilis exiſtēs retro
grade ꝛ ad occidentē velocius moueať q̄ nona
ſphera ad orientē: firme ſtelle regredientur ꝛ ita
habemus: qualiter per diuerſum ſitum Arietis
in ſuo paruo circulo ꝛ Libre in ſuo: has omnes

ſtellarū paſſiones ſaluare non eſt difficile. Et ſi
per ſectionem eclyptice mobilis cū equatore et
ꝑ variationē illis aliter poſſunt dicere paſſiones
ſaluari per motum ſtellarū ad latitudines au=
ſtrales ⁊ ſeptētrōales ſicut credidit Ptholeme
us vt dicit in recitando opinionem thebith. Ari
es nāq; mobilis in f ſeptentrionalē habens lati
tudinem: auſtralem adipiſcitur dum in b fiet: ⁊
ſimili modo plurime ſtellarum fixarū. ❡ Hūc
quidem motum antiqui non cōprehendētes di=
uerſe opinati ſunt ſecundū ꝙ diuerſas diſpoſi=
tiones tempore ſuo conſpexerunt in motibus
ſtellarū: Albategni nāq; aſtrologorū ſummus
comparans loca ſtellarum ab eo inuenta eorun
dē locis ⁊ conſiderationibus aliorum videnſq;
velociſſime eſſe tranſlatas: dixit motus ſtellarū
ſemꝑ eſſe ad orientem. 60. annis ⁊ quattuor mē
ſib⁹ vno gradu: vt ꝯpleta circulatio fiat. 21720
annis Ptholemeus autē. 7. Almag. ⁊ Alphra
ganus. 13. differentia videntes tardiori motu eē
trāſlatas: dixerunt motū octaui celi compleri.
36000. annis centū ſcʒ ſingulis annis gradum
vnū tranſeūdo. Alij vero videntes loca ſtellarū
fixarū ſuo tēpore: eaſq; comparantes ad cōſide=
rationes priorum inuenerūt ſtellas fixas regreſ
ſas ad occidētē motas: cū antiquiores ponerēt
moueri ad orientē ⁊ ſm ordinem ſignorum pu=
tauerunt eas diuerſis temporibus ambob⁹ mo
tibus moueri: quare octauam ſpheram nongin=
gentis annis ad orientem gradibus. 7. ⁊ in tem
pore equali totidem occidentem verſus deferri
protulere. Q̄ quidem diuerſitates qualiter trepi
dationis motu cum eo qui eſt in lōgitudine ſal=
uentur palam eſt ex dictis.

Deinde cum dicit.

Medius itaq; motus acceſſus et receſ
ſus octaue ſphere: eſt arcus circuli par=
ui a puncto ſupremo quarte ſecundum
ſucceſſionem ſignorū vſq; ad caput arie
tis octaue ſphere computatus.

❡ Determinat de motu ſtellarum fixarū pra=
ctice magis terminos: terminorū ratiōes ⁊ ca=
nones exponēdo: ⁊ q2 octaua ſphera mouet mo
tu diurno q̄ regularis eſt ⁊ non pertinet ad par
tem iſtam de eo terminare immo ad doctrinam
de motu primi mobilis: ſeu de ortu ⁊ occaſu ſi=
gnorū celiq; mediatione: fertur ſecundo motu
in longitudine zodiaci ab nona ſphera: qui quia
regularis eſt ſecundū ordinem ſignorum: facili=
ter per tempus reperitur ſicut ⁊ omnes motus
eq̄les: eſt nāq; ſimul medius ⁊ verus mot⁹ au=
giū ⁊ ſtellarū fixarū nominatus/ ideo de eo ni=
hil opʒ dicere: at q2 tertio mouetur motu trepi=
dationis capitibus arietis ⁊ Libre eiuſdē par=
uos circulos deſcribentibus vt patuit: q̄ motus
⁊ ſi ſit regularis. Quia tn̄ nō eſt i eclyptica ap
paret aliqn̄ tardus ⁊ velox qn̄q;. Quādoq; di=
rectus ⁊ aliqn̄ retrogradus oportet hāc diuer=
ſitatem habere ⁊ equationē. Et qualiter ea mo
tus ſphere octaue habeat declarare canonice di
uerſitas ⁊ ille mot⁹ i zodiaco fit ⁊ cauſatur ꝓ=
pter motū capitis arietis in circulo paruo: in q̄
cū regulariter moueatur: medius motus appel
latus eſt mot⁹ ei⁹. Primo igitur diffinit mediū
motū q̄ fit in paruo circulo/ ſecundo vero equa
tionē ⁊ motum in zodiaco correſpondentē ibi
equatio autem: notandum eſt pro prime partis
intellectu ꝙ ſtelle fixe ſcḋm innotuit ſuperius mo
uentur motu duplici ſcilicet trepidationis or=
bis octaui ⁊ motu noni i lōgitudine: vn̄ habito
motu noni opʒ deinde inuenire motum trepida
tiōis: ⁊ quod ei in zodiaco correſpondet verbi=
gratia ſit eclyptica primi mobilis a b: a princi=
pium arietis eiuſdem ꝑmi mobilis: ⁊ b: arietis
none: erit mot⁹ augium ⁊ ſtellarū fixarum arc⁹
a b: at q2 principium arietis mobilis: i paruo cir
culo defert ſupra b: deſcripto, non manebit ſem
per ſuꝑ b: cum ariete fixo quare vltra motū dictū
opʒ inuenire motū trepidationis ⁊ equationeʒ
per medium motum: vnde ſi c: ponat pol⁹ ecly=
ptice none ſcʒ borealis a quo arcus c b: per ca=
put arietis fixi ducatur ſecans circulum paruū
in d ⁊ erit ꝑ. 8. 3 punctus d: propinquiſſim⁹ po=
lo ſeptentrionali c: ideo dictus eſt ſupremus: ab
illo igitur ſupremo puncto ad vſq; caput arie=
tis mobilis ſecundum motum illius capitis ar
cus acceſſus ⁊ receſſ⁹ mot⁹ mēdi⁹ eſt dictus. ver
bigratia ſi caput arietis ſit in f: erit medius mo
tus d f: ⁊ ſi in g: medius motus d f g: hoc nāq;
modo dictū eſt arietē mobilem moueri/ incepe=
rūt nāq; ab illo pūcto mediū motum quia ibi/
exiſtēs caput arietis mobilis cum fixo ꝯiūctū



eſt vt demonſtrat arcus c b: ꝑ vtrūq; tranſiens
quare tūc habito motu augium ⁊ ſtellarū fixa=
rū non proceditur vlterius: ſed quia eadem ra=
tione incipere poterant ab e puncto ad auſtrum
viciniſſimo: in quo iterū cum ſit aries mobilis
cū fixo iūctus eſt eodē arcu priori per vtrumq;
tranſeunte: inde nō inchoarūt quia punctus e eſt
infimus ⁊ a nobis diſtātiſſimus modo illud q̄d
eſt ſeptētrionale ⁊ nobis propinquum dignius
eſt preponere q̄ auſtrale ⁊ remotum a nobis.

Deinde cum dicit.

Aequatio autem octaue ſphere eſt ar=
cus eclyptice none ſphere centrum par
ui circuli ⁊ circulum magnum a polis
eclyptice none per caput arietis octa=
ue tranſeuntem interiacēs. Cum igitur

medius motus acceſſus ⁊ receſſus nihil fuerit aut ſemicircul⁹ nulla ſit dicta eq̃tio. Sed ſi .lxxx. gradus aut .cclxx. fuerit ipſa erit maxima. Cum autem talis motus acceſſus ⁊ receſſus fuerit ſemicirculo minor: equatio erit ſemper addēda: ſed cum maior fuerit erit minuenda.

¶ Declarat verũ locũ capitis arietis mobilis in zodiaco: ſeu diuerſitatem inter verꝝ locũ arietis fixi ⁊ verũ locũ mobilis: vnde ſi caput arietis mobil' ſit l f/ ducto circulo a polo eclyptice ꝑ eũ e f eclypticã ſecante in h: erit h verus motus eius ⁊ ei⁹ arc⁹ b h: qui capitur inter b locum verꝝ arietis fixi: ⁊ h verũ locum arietis mobilis eq̃tio ⁊ diuerſitas nominatur: cũ habito vero motu arietis fixi per eius additionem vel dēptionem verus motus arietis mobilis proueniat ⁊ conſequenter loca ſtellarum fixarum. Predicta equatio reperitur mediante motu medio octaue ſphere: vel acceſſus ⁊ receſſus. Nam quũ huius motus nihil fuerit quod denotatur arietem mobilem eẽ in pũcto ſupremo d: aut ſemicirculus ⁊ ſex ſigna capite arietis mobilis pũctum e: oppoſitũ tenente: eo ꝙ ſemicircul⁹ polo c: eclyptice c d b e: tranſit ꝑ hec duo loca ⁊ centrũ circuli vbi ẽ caput arietis fixi: nulla ẽ eq̃tio: quare habito motu augium ⁊ ſtellarũ fixarũ habetur motus octaue ſphere nec aliud queritur. Maxima autem eſt equatio cum caput arietis mobilis diſtiterit a duob⁹ dictis punctis quarta circu'l: vt ꝙ ſit in puncto ⁊ medius motus d i. 90. grad. vel i k: ⁊ medius motus d i e k: 270. grad. vel nouem ſignorum tunc enim equatio dicitur eſſe tota circuli ſemidiameter b i: vel b k: q̃ non poteſt eſſe maior: vt per ſe notũ eſt quod autem medio motu exiſtẽte .3. ſignoꝝ vel .9. caput arietis mobilis ſit in i: vel in k/ ⁊ ꝙ hec duo puncta ſemota ſint a d quarta circuli notum eſt: ex quo arcus e b: ꝑpendicularis eſt ſuper eclypticã quare omnes anguli b recti ⁊ conſequenter arc⁹ eis ſubtenſi quare partes ſunt parui circuli Sed talis medius mot⁹ nõ tñ dat equationem predictã verum ꝑ eam equare motum augiũ ⁊ ſtellarum fixarum inſtruit. Nã quandocũq; medius motus acceſſus ⁊ receſſus minor fuerit ſemicirculo: ver⁹ motus octaui orbis maior eſt q̃ motus augium ⁊ ſtellarum fixarum: verbigratia motu acceſſus ⁊ receſſus d l: exiſtẽte: maior erit motus a b l: q̃ a b: quare equatio b l: addi debet motui none ſphere ⁊ verus octaue emerget. Aliquando idem motus fuerit maior vt d e k motus none maior eſt q̃ octaue a k: quare equatio k b: demi debet a motu none vt habeat mot⁹. 8.


¶ Nota pro complemento huius opinionis et maxime quod dictum eſt de equatione: ꝙ cũ eq̃tio nulla reperiatur in d ⁊ e: ab eis in duobus locis equidiſtantibus eq̃tio reperitur equalis vt f ⁊ l duo puncta capiantur equidiſtantia ⁊ l g per q̃ a polo eclyptice ducant arc⁹ m f e: g l ⁊ c: erunt in ſphera equidiſtantes arcui c e: at q: arcus parui circuli d f/ ⁊ d l: eq̃les ſunt: erunt eorũdem cordũ equales ꝑ regulas arcũ ⁊ cordarũ ꝓmo Almag. declaratas: ſʒ q: b h ⁊ b n ꝑpẽdiculares ſunt ſuꝑ tres arcus dictos, erunt ad ſeinuicẽ eq̃les: que ſunt equationes ꝯtingentes capite arietis mobilis in punctis f ⁊ l exiſtente. quod eſt ꝓpoſitum. haud aliter deduci poterit capite arietis in duobus punctis equidiſtantibus ab i ⁊ k punctis ſcilicet maximarum equationum equatiões contingentes adinuicem equari: ⁊ hac de cauſa in tabulis equationum mot⁹ octaue ſphere augmentatur medius mot⁹ ad. 90. vſq; gradus. quot ſunt a d in i, deinceps retrogradari ꝑcipitur ad initium tabule q: in arcu altero i e eq̃tiones contingunt equales eis que in d i.

Deinde cum dicit.

Thebith vero duplicem tantũ octaue ſphere motũ ineſſe dixit: vnum a primo mobili ſiue ſphera nona diurnum ſcilicet: alium vero proprium ſcilicet trepidatiõis qui fit ſuper circulis paruis duplicem eclipticam aſſeruit fixam quidẽ in nona ſphera mobilem autem in octaua ita vt capita arietis ⁊ Libre mobilis circunferantur in duobus circulis paruis quorum media ſeu poli ſunt ipſa capita Arietis ⁊ libre ecliptice fixe ⁊ arcus ecliptice fixe inter polos horum paruorum circulorum ⁊ circunferentias ſuas quattuor gradus habet decemocto minuta .xliii. ſecunda. Dixit autem capita arietis ⁊ Libre mobilis taliter circũferri vt cum caput Arietis mobilis fuerit in ſectione parui circuli ⁊ equatoris occidentali ipſum mouebitur in medietatem parui circuli que ab equatore ſeptẽtrionalis eſt. caput autem Libre mobilis mouetur tũc per medietatem ſui parui circuli q̃ meridiana eſt ab equatore. cum caput arietis mobilis fuerit in ſectione equatoris ⁊ ſui parui circuli oriẽtali mouebitur in medietatem parui circuli que ab equatore ẽ meridiana. Caput autem Libre mobilis voluetur tũc per medietatem ſui parui circuli ſeptentrionalẽ ab equatore at cũ caput arietis mobilis fuerit in alterutro duorum pũctorum ſectionis ecliptice fixe cum paruo circulo ſtatuetur ecliptica mobilis directe in ſuꝑficie ecliptice fixe quod i vna reuolutione capitis arietis mobilis in ſuo circulo paruo bis accidet. In omnibus autem alijs locis capite arietis mobilis in periferia ſui parui circuli loca-

to:eclyptica mobilis ſecabit eclypticã
fixam in punctis quidem capitum Can
cri ⁊ capricorni mobilium. Nã hec duo
puncta eclyptice mobilis ſemper circũ
ferentie eclyptice fixe in hoc motu co=
herent vt nuſq̃ ab ea recedant. A capi
tibus tamen Cancri ⁊ Capricorni fixo=
rum per quantitatem quattuor gradu=
um:decemocto minutorum .xliij.ſecun
dorum elongari verſus orientem aut
occidentem contingit. Ubicunq̃ etiam
ſectio harum eclypticarum fiat ipſam
neceſſe eſt a principijs arietis ⁊ libre mo
bilium per quartam circuli magni di=
ſtare. Licet vero in vna reuolutiõe capi
tis arietis mobilis in ſuo circulo paruo
bis accidat vt capita Cãcri ⁊ Capricorni
mobiliũ ſtatuantur ſub capitibus Can
cri ⁊ Capricorni fixorum:nunq̃ tamen
capita arietis ⁊ libre mobilium ſub ca=
pita arietis ⁊ libre fixorum peruenient
Nam dum eclyptica mobilis cõtinget
circulum paruum a parte ſeptentrionis
in pũcto arietis mobilis: capita Cãcri
⁊ Capricorni mobilia iuncta ſunt cũ ca
pitibus fixorum. Similiter accidit i cõ=
tactu meridiano ſ3 capita arietis ⁊ libre
ſemper a capitibus fixorum quantita=
te que dicta eſt:diſtant.

¶ Cõpleta determinatione moderne opinio=
nis de motu octaue ſphere in hac parte proſequi=
tur opinionẽ Thebith chore inter alias recitate
conformiorem. Differt namq̃ a dicta quia ceu il
la decimã ſpherã non fatet: ⁊ in hec reliquis om
nibus conuenit:ſed nonam dicit eſſe primũ mo
bile: ⁊ octauam vltra motum diurnum a primo
celo ei communitatem habere vnicum motum
tantum acceſſionis ⁊ receſſionis ab eo nomina
tum ſupra duos paruos circulos in capite arie=
tis ⁊ libre primi mobilis deſcriptos equales vt
dictum eſt factum. Tantũ quoq̃ duas annuit
eclypticas fixam ſc3 quam ponit in primo mo=
bili ſeu nona ſphera ⁊ mobilem motu acceſſio=
nis ⁊ receſſiõis in orbe octauo. Cõuenit autem
cũ eadẽ ex quo motum trepidationis iter alias
ſtẽ ponit:quinimmo eo tantũ .8. ſphera vult mo
ueri vltra motũ quẽ habet a primo mobili:qḋ
patet ab eo in primo capitulo operis ei⁹ quod mo
tu octaui celi conſtruxit dum inquit. Nec orbis
ſtellarũ fixarum qui eſt orbis formarũ ⁊ ſigno=
rum habet motum preter hunc ſc3 acceſſus ⁊ re=
ceſſus. Et ſubdit ꝙ eſt motus communis toti
quod eſt ſub eo ſm acceſſionem ⁊ receſſionem.
Et in capitulo tertio concludens in fine habet
ſententiam eandem vnde dicit. Et ſtelle fixe nõ
habent alium motum neq̃ alio motu mouen=
tur niſi iſto acceſſiõis ⁊ receſſionis ⁊ eſt cõmu=
nis eis ⁊ omnium erraticarũ augib⁹. Et neceſ=
ſitat ipſe Thebith hoc fateri ſi qḋ ſupra octa=
uã tantum nonam ſpheram dicit eſſe a qua octa
ua motũ habeat diurnum ⁊ motum huiuſmodi
trepidationis ei ẽ proprius. Et q2 non datur al
tera ſphera alium motum non habet:habet igi=
tur cõuenientiam hec opinio cum opinione mo
derniori cum ab eadem relique fere in omnib⁹
diſcrepẽt:primo in ſpherarum numero decimã
earum nulla annuens. Secundo quia motũ ac=
ceſſus ⁊ receſſus vt Thebith minime admittit
tãq̃ ad cognitionẽ eius nõ perueniens. Hac igiť
du causa opinionẽ Thebith diffuſius proſequut⁹
eſt. Ad quod concurrit altera cauſa:ꝙ alie opinio
nes non tantã requirunt declinationem:ex quo
dicũt octauã ſpheram in lõgitudine zodiaci tã
tum deferri:q̃ motus facilis eſt ⁊ nor⁹ ei qui i
theoricis imaginatus eſt mot⁹ ec.ſolis ⁊ aliorũ
planetarũ:non enim ei accidit imaginatio diffi=
cilis:ideo ſuccincte ⁊ breuiter illas opiniões p
ſequutus ẽ ſupra qualitatem motus ⁊ velocita
tẽ manifeſtãdo. Motus aũt quem Thebith di
cit eẽ octaui celi difficilioris eſt imaginationis
⁊ plurimas habẽs proprietates occultas,vt pa
tebit q̃ declaratiõe indigent lucidiori: idio hãc
opinionẽ proſequẽs ad ſummũ declarat/vñ po
nit totã ſententiam Thebith in primo capitulo
⁊ duo facit. primo agit de motus octaue ſphere
qualitate theorice. ſecũdo vero magis practice
operationẽ pro motu vero habendo notificans
⁊ apparentias ſaluat ibi. Aequatio itaq̃. Pars
prima iterum in duas ſecaẽ. nam in prima mo=
tus declarat qualitatem. in ſecunda vero pprie
tatẽ ex motu iſto ſequentem ⁊ diuerſitatem de=
clinationũ maximorum innoteſcit ibi. Eclypti
ca aũt fixa. Pro noticia ⁊ cõpletiori manifeſta
tione eorum q̃ in prima parte ⁊ in alijs dicentur
deſcribo primam figuram planã in qua equator
dici a b c d e f:cuius aquilonaris mundi polus
g: verſus quẽ quicquid vergerit ab equatore ſe=
ptentrionalẽ declinationem teneat: ⁊ extra eq̃=
torem conſtitutũ ſit meridionale: ſecundo ecly=
pticã primi mobilis quam fixam nominauit de
pingo a h i k d: intra quã quicquid repertũ fue=
rit borealem: extra vero meridionalem latitudi
nem poſſideat: ſecet quoq̃ dicta eclyptica equa
torem in a principio arietis fixi ⁊ d libre ſectio=
nibus nunq̃ variantibus: immo ſemper in lo=
cis illis repertis ⁊ angulos equales .23.g.⁊.33.
.m. cauſantibus. Sup a/igiẽ ⁊ d/ſectiones ecly
ptice fixe cum equatore duos circulos m n o p:
Super a: ⁊ q r ſ t: Super d: deſigno: ita namq̃
vult pdictus auctor capitulo primo quando di
cit centrũ cuiuſlibet circuli eſt cõis ſectio equa=
toris diei cũ orbe decliui hoc eſt in initijs arietis
⁊ libre fixorũ. Qui qdẽ circuli adinuicẽ ita equã
tur ꝙ eorũ cuiuſq̃ ſemidiameter .4. grad⁹ .18. m
43. ſecũda cõtineat ad quam tota diameter du
pla exiſtẽs ſit .g. 8. m. 37. ſecũda. 26. Sitq̃ ori=
zon r p: tranſiẽs per cẽtra circulorum paruorũ
r: punctus orientis/⁊ p occidentis: in circulorũ
predictorum circunferentijs ſemper ſunt ⁊ mo=
uenẽ capita arietis ⁊ libre octaue ſphere q̃ mobi
lia dicta ſunt taliter ꝙ ſemper adinuicem oppo
nunẽ altero namq̃ ſupra orizonte exiſtente rel



quū ſub eo morabitur: ⁊ ſub eodem tantum hoc deprimit̄ q̄tum illud eleuatur. ¶ Similiter altero ſeptentrionalem ſm̄ latitudinem ſeu declinationem vel vtrāq; exiſtente erit reliquum meridionale eodem fere modo: quod per ſe notū eſt ſiquidē capita p̄dicta in circulo terre concentrico qualis eſt orbis octauus diametraliter ſunt oppoſita: ⁊ hac eadem de cauſa quāta alterius eſt declinatio ſeu latitudo tanta alteri⁹ eſt ad oppoſitam partē: vt etiam ſupra patuit. Ut aūt pateat qđ dictū eſt exemplariter ⁊ qualitas mot⁹ manifeſtetur: caput arietis mobilis in m pūcto ſectionis parui circuli cū equatore occidentali ponatur ſub orizonte: erit libra mobilis ſupra orizontem in q/ ſectione eius parui circuli cū equatore occidētali quoq; inde vero aries ad ſeptentrionē ferretur in n: ⁊ o: ſupra orizontem: libra vero ad auſtrum vniformiter in r: et ſ: ſub orizonte. Ex o: vero reliqua ſectione orientali aries feretur ad auſtrum in p: ⁊ m: iterū rediens libra vero ad boream per t in q ſectionem priorē ſe reddet: ⁊ prior redibit diſpoſitio hec: ē ſententia eius thebith vt ex tertio capitulo accipi pōt/ quam ⁊ ſi non exprimat: ex illo tamen quod vult de additione vel dēptione equatiōis octaue ſphere a motu aſtri hoc quod dictuȝ eſt neceſſario ſeq̄tur. Cuius motus velocitas ē: licet auctor nō meminerat ſingulis annis. 5. m̄. fere: ita q̄ reuolutio capitum arietis ⁊ libre in ſuis circulis paruis terminatur circiter. 4 3 20. annis vt ex tabulis ei⁹ de motu acceſſiōis ⁊ receſſionis habet̄. in hac igitur cōpleta reuolutione bis cōiungitur ⁊ vnitur mobilis eclyptica cum fixa: quando. ſ. arietis mobilis ē in altera ſectionū parui circuli cū fixa eclyptica gratia exempli capite arietis in l: vel u: ⁊ exiſtente ⁊ libre ſimiliter in aliīs ſectionibus circuli eius cū eadē totaliter vt ſupius claruit cōiunguntur / et vna ſunt eclyptice p̄fate: ariete vero mobili extra hec duo loca ꝯſtituto ſimiliter ⁊ libra ex quo altera pars eclyptice mobilis ad boreā ad auſtrū reliqua remouet̄ a fixa: adinuicem ſe ſecabunt: ⁊ talis ſectio fiet in Cancro ⁊ Capricorno mobilis eclyptice: que quidē duo pūcta ab eclyptica fixa nunq̄ remouebuntur: immo ei ſemper adherere neceſſe ē: cuius ratio vt inquit thebith in capi. p̄mo: quia aries ⁊ libra mobiles īter oīa puncta ei⁹ eclyptice maximā retinet latitudinē quando reperitur latitudo: quare puncta in eorū medio exiſtentia que ſunt Cancer et Capricornus mobiles nuſq̄ ⁊ nunq̄ declinabunt vel latitudinē poſſidebunt ab eclyptica fixa: in eis igitur eclyptice fixe a mobili fiet interſectio. Exempli cauſa ſi ſit aries mobilis in n: ⁊ libra in r erit t: punct⁹ equaliter diſtās ab eis in eclyptica n t: ⁊ r: in pūcto igit̄ t: qui erit principium Cācri ⁊ pricipio Capricorni ei oppoſito mobilis eclyptica fixā ſecabit: ⁊ per rōnē dictā illā nunq̄ deſerent: verū a capitibus Cancri et Capricorni fixorū hinc inde hoc eſt orientē verſus ⁊ occidētē. 4. g. 18. m̄. 4 3. ſecunda quāta eſt ſemidiameter circuli remouent̄: ita q̄ ſpacium inter duos terminos elongationis maxime duplū eſt ad dictū et equale diametro eiuſdē circuli verbigr̄a ponatur aries in l: libra in u eclypticis ambab⁹ vnitis punctus in medio. ſ. principium Cancri mobilis erit h: tm̄ motus ab l: quantum i ab a: quū nāq; a i ⁊ l h: quarte circulorum vnitorum ſint equales ſi arcus cōmunis a h: demat̄ur remanet diſtātia Cācri remobilis a fixo i h: eq̄lis a l: ſȝ a l: ſemidiameter eſt. 4. g. 18. m̄. 4 3. ſcd̄a igit̄ ⁊ i h: equalis: q̄nimmo q̄ a l remotum ē ab a verſus occidentē ⁊ h ab i etiam eandē verſus partē: remotus eſt: igit̄ Cancer mobilis a fixo verſus occidentē ſemidiametro circuli. Eadem ratione ariete in x: ⁊ libra mobilibus in ſectiōe reliqua. erit Cancer mobilis in k: ſi quidē vnite ſunt ambe eclyptice adinuicē a x: k erunt equales quare dēpto arcu cōi x i: k ⁊ a x reſtāt equales erit iterū arcus i k ſemidiametro circuli eq̄lis. Sȝ x: ab a: verſus orientem elongatū ē quadere ⁊ k verſus orientē ab i remotum erit: quod eſt iterū primū i h: igitur equat̄ circuli ſemidiametro ⁊ i k: ſimiliter quare tot⁹ arcus h i k: circuli diametro erit equiparans per totum igitur arcum k h: principium Cācri poteſt moueri eq̄lem diametro pui circuli quod eſt ſecūdum: ex quibus omnibus ſeq̄tur correlarium: qđ ⁊ ſi in reuolutiōe ꝯpleta Arietis in paruo circulo bis ꝯiūgatur Cancer mobilis cum fixo ⁊ vniant̄ adinuicem Aries tamen mobilis cum fixo nunq̄ vnietur: primū patet ex quo nāq̄ Cancer mobilis mouet̄ cōtinuo ſub arcu k h: aliquādo erit in cācro fixo: ⁊ quia ſemper heret eclyptice fixe vnita erunt adinuicem nullo modo diſtātia hoc autem bis contingit in vna reuolutione: primo Ariete mobili exiſtente in n: puncto contactus boreali eclyptice mobilis cum paruo circulo: q2 circulus p polū eclyptice tranſit p n: ⁊ a: vterq; Aries cōiunctus erit ſm̄ longitudinem quare a i: ⁊ n i: erunt equales / ⁊ quarte: igitur erūt ambo Cancri mobilis ſcilicet ⁊ fixus: idem contigit Ariete eodem exiſtente in pūcto contactus meridiōalis p: vbi iterū vterque Aries erit cōiunctus ſm̄ longitudinem per eos dicto circulo tranſeunte: et Cancri tam mobilis q̄ fixus vniti: ſecundum patet etiam quia Aries mobilis nunq̄ circuli parui circunferentiam relinquit: fixus vero eiuſdem circuli centrum eſt: a qualibet autem parte circumferentie centrum elongatur predicta diſtantia ſcilicet. 4. grad 18. minu. et. 4 3. ſecunda nunq̄ igitur erunt ſimul et tam

longitudine cõiuncti ꝙ̃ latitudine: quod eſt propoſitum: ⁊ quod de ariete dictum eſt de libra intelligatur proportionaliter ⁊ quod de cãcro ⁊ capricorno verificatur.


Deinde cum dicit.

Ecliptica etiã fixa ſemper ſecat equatorem in capitibus arietis ⁊ libre fixorũ ad angulum ſemper eũdem puta viginti trium graduum.xxxiij.minutorum et xxx.ſecũdorum. Sed ecliptica mobilis equatorẽ ſucceſſiue ſecat in ſingulis pũctis. comprehenſis in duobus arcubus quos ecliptica mobilis in duobus ſitibus contactuum ab equatore ſeparat: ⁊ quãtitas cuiuſqꝫ eſt circiter.xxi. gradus ⁊.xxx.minuta. Eſt enim maxima diſtãtia capitis arietis mobilis a ſectiõe ecliptice cum equatore per gradus decem ⁊ quadragintaquinqꝫ minuta. vnde maxima declinatio ecliptice mobilis ab equatore variabilis eſt. maior quandoqꝫ declinatione ecliptice fixe. quãdoqꝫ minor eadem. quandoqꝫ ſibi equalis. Tũc enim equalis eſt illi cum mobilis ſub fixe ſuperficie fuerit. maior vero in ſitib⁹ cõtactuũ. vnde etiã Ptholemeus.xxxiij graduum li.minutorum.xx. ſecundorũ repperit. Minor autem dum caput arietis mobilis in ſectione equatoris ⁊ parui circuli fuerit. Nã tunc interſectio eclipticarum erit in puncto ecliptice mobilis maxime declinante qui minus declinat ꝙ̃ caput cancri ⁊ capricorni fixum.

❡ Declarat quandam proprietatẽ que inſequitur hũc motum acceſſionis. propter hoc enim ꝙ equatorem ſecat non in eiſdem punctis ſemper immo in diuerſis variantur maxime declinationes: quod declarat per comparationem declinationum eclyptice fixe. vñ dicit ꝙ ex quo eclyptica primi mobilis fixa eſt: ⁊ equatorem ſecat ſemper in locis eiſdem. ſcilicet in ariete ⁊ libra fixis neqꝫ ſectiones variantur et mouentur neqꝫ a ſectionibus cauſati anguli vnꝗ̃ diuerſantur: immo ſunt equales: ſequitur ꝙ punctorum interſectiones mediorum Cancri ⁊ Capricorni fixi ab equatore equales ſunt declinatiões ſemper maxime ſunt: ſunt nãqꝫ.23. gra 33. minu. ſed eclyptica mobilis propter eius motum non ſecat equatorem in locis ſemper eiſdem immo ſectiões diuerſantur ſm diuerſum ſitum arietis mobilis in circulo paruo. Nam quando aries dictus fuerit in n: fit ſectio equatoris et eclyptice in f: eodem vero in p: conſtituto ſectio fit eorundem in b: vt patet. poteſt nanqꝫ eclyptica mobilis ſecare equinoctialem in toto arcu comprehenſo inter duo puncta ſectionum ariete exiſtente in pũcto contactus: exempli cauſa ſicut dixi ariete in n: puncto contactus boreali fit ſectio prefata in f: que diſtantior eſt verſus occidẽtem quam poſſit fieri ab f: nãqꝫ vltra non poteſt equatorem ſecare: ſiquidẽ punctus cõtactus punct⁹ eſt remotionis: eodem modo ariete exiſtẽte in pũcto cõtactus meridionalis p: ſectio fiet in b: que eadẽ ratione diſtantior eſt orientem verſus: dico igitꝰ ꝙ in toto iſto arcu f b: equator ſucceſſiue ab eclyptica fixa ſecari poteſt. vltra quos terminos ſectio nulla fieri poteſt: inter quos ꝑ eq̃diſtãtiam a: ariete fix⁹ erit medi⁹ ab vtroqꝫ 10.grad⁹.45. mi.remot⁹. ⁊ totus arcus f a b: dupl⁹ grad⁹.21. mi.30. Et vt melius apprehendanẽ ea q̃ hic dicunẽ. q2 nõ ſunt multũ facilia. ideo aliqua ſep⁹ replico ſentẽtiam thebit adducã. dicit nanqꝫ thebit quãdo aries erit in n: pũcto contact⁹ ſeptentrionalis. ⁊ libra in r: contactu meridiano ſectiones fient in f: e c: ab a: ⁊ d: cõtra ordinem ſignorum.10.g.45.mi. quare f: erit.19.g.15. mi piſciũ ⁊ c: gradus oppoſitus Virginis.19.mi.15. ariete vero in p: ⁊ libra in t: punct⁹ ꝯtactuũ reliquorum ⁊ oppoſitarũ declinationũ fient ſectiones in b: ⁊ e: ab a: ⁊ d.10.g̃ 45.mi.ſm ordinẽ ſignorum remotis. Et ergo b.10.g̃.mi.45.arietis et e: oppoſitus.ſ.libre quare ꝯcludit ꝙ eclyptica fixa continue ſecat equatorem in duobus arcub⁹ equalibus a.19.gra.piſciũ ⁊.15.m. ad 10. arietis ⁊.45.mi. ⁊ arcum huic oppoſitum interceptum inter.19. virginis.g̃. ⁊.15.mi. ⁊.10.libre ⁊.45. q2 igitur predicte ſectiões variabiles ſunt et mobiles ꝯ declinationes maxime tam fixe eclyptice ꝙ̃ ſolis qui ab illa mouenẽ: ⁊ ſub illa eſt variabilis ⁊ inequalis in temporibus aliꝗ̃s: quod patebit ſi eas declinationibus eclyptice fixe quas dictum eſt ſemper eſſe equales comparemus: ſunt nanqꝫ eis quandoqꝫ equales quandoqꝫ maiores ⁊ aliquando minores. Ad que declaranda fiat ſecunda figura cum notis puta neceſſaria deſignãtibus. Et ponatur aries in c: ſectione parui circuli cum eclyptica fixa ⁊ in d: reliqua libre erũt per predicta eclyptice ambe vnite. Et ꝯſequenter equales erunt declinatiões eorũ: maxime in principio ſcilicet Cancri et capricorni fixorũ qđ eſt primum. E nanqꝫ eſt principium Cancri fixi ⁊ maxime declinationis locus. Non tamen erit principium Cancri mobilis vt predicta concluſerũt. Si vero mobilis aries in f: ⁊ libra in g: pũctis.ſ.contact⁹ quia coniuncti ſunt cum ariete ⁊ libra primi mobilis ſm longitudinẽ: erit vt patuit ſupra punct⁹ e: ſectionis eclipticarũ vtriuſqꝫ initium Cancri ⁊ pũctus maxime declinationis fixe vt ſepius dictũ eſt. at quia eclyptica mobilis ſecat equatorem in h: ⁊ i: erit punctus medius maxime eius declinationis k: q̃ magis declinat ꝙ̃ e/ maxime declinationis eclyptice fixe punctus quod eſt ſecundũ. Si tertio caput arietis mobilis in l/ ſectione parui circuli cum equatore ⁊ libre in reliqua in circulo eius m/ erit punctus maxime declinationis n/ Cancro ſcꝫ octaue ſphere ex quo aries ⁊ libra non declinant. immo ſunt in equatore. Sed Cãcer ſecat eclypticã fixam in n/n igitur punctus cãcri mobilis ⁊ pũctus eclyptice fixe equaliter declinant. ſed e/ Cãcer fixus maxime declinat inter omnes pũctos

mobilis

eiuſdem eclyptice magis ꝙ n/aries igitur et li=
bra exiſtentibus in ſectionibus paruozum circu
lozum cum equatoze minozes ſunt maxime de=
clinatiões .8. ozbis ꝙ noni quod eſt tertium. Cū
igitur ſicuti ſupra concluſum eſt declinationes
eclyptice fixe inuariabiles ſint ⁊ equales. ſequiť
neceſſario declinationes eclyptice mobilis in di
uerſis tempozibus variari in quãtitate. Et hec
de cauſa diuerſis tempozibus inequales inuen=
te ſũt. Jnde .2 4. ğ. eſſe protulerũt. Ptholeme⁹
autem 23. 51 30. Almeon vero omnib⁹ poſteriozꝫ
adhuc minozes. 23 33.



Deinde cum dicit.

Aquatio itaqꝫ octaue ſphere eſt arc⁹
ecliptice mobilis inter caput arietis mo
bilis et inter ſectionē eiuſdem ecliptice
cum equinoctiali interceptus. ſed mot⁹
acceſſus ⁊ receſſus eſt arcus circuli par
ui inter caput arietis mobilis et inter ſe
ctionem equatozis et circuli parui ꝑ me
dietatem circuli ſeptentrionalē progre
diendo. Hoc motu contingit vt ſtelle fi=
xe videantur nunc moueri verſus ozien
tem: nunc verſus occidentem: nũc mo=
tu veloci: nũc motu tardo. Nam cũ fue
rit caput arietis mobilis in quartis par
ui circuli ab equatoze videlicet prope ſi
tus contactuum de quibus dixim⁹ tar=
de videnť moueri verſus eam partem:
verſus quã eſt motus earum. quod tũc
equatio octaue ſphere parũ creſcat. aut
decreſcat. Sed cum fuerit caput arietis
mobilis in alterutra ſectionum equato
ris ⁊ circuli parui vel prope. velociter mo
ueri videbunť ſtelle ad eam partem ad
quam eſt mot⁹ earum. quod ſub eiſdem
ſitibus equatio octaue ſphere plurimũ
creſcat aut decreſcat. Hinc diuerſitas
manifeſta ĩ motu earꝫ inuēta eſt. Ptho=
lemeus enim earum loca tēpoze ſuo ve
rificata comparauit ad loca earũ ab hip
parcho ⁊ alijs inuenta. reperitqꝫ motas
motu tardo videlicet in cētũ annis gra=
du vno. Nam tunc caput arietis erat ſe
paratum a puncto quarte circuli parui
meridiane. verſus equatozem accedens
Poſteriozes vero dum magis accede=
ret inuenerũt moueri in ſexagita ſex an
nis vno gradu. Nunc noſtro tēpoze ſci=
licet ãno domini. M.cccclx. factũ eſt ca
put arietis ſeptentrionale fere ſexagin=
ta ſex gradibus a ſectiõe parui circuli ⁊
equatozis diſtans. Vñ et a ſectione ecly
ptice mobilis cum equatoze. lxxxx. gra=
dibus quadragita octo minutis fere di=
ſtat. Sectio igiť iã fit ſuꝑ. xx. gradu. xii.
minuto piſcium ecliptice mobilis. Ma
xima autem equatio octaue ſphere con
tingit dum caput arietis mobilis fuerit
ſuꝑ pũctis quartas circuli parui ab iter=
ſectionibus eius cũ equatoze diſtinguē
tibus: et eſt decem graduũ quadragin=
taquinqꝫ minutozum. Unde quilibꝫ pũ
ctus a decemnouem gradibus quinde=
cim minutis piſcium vſqꝫ ad decē grad⁹
xlv. minuta arietis ecliptice mobilis po
teſt fieri in loco interſectionis que eſt pũ
ctus equalitatis vernalis: idem intelli=
gendum de puncto equalitatis autũna
lis in arcu oppoſito: conſtat etiam pun=
cta tropica non ſemper eſſe in capite cã=
cri capzicozni mobilis: ſed in punctis ꝑ
quartam ſectione equatozis cũ eclipti=
ca mobili diſtantibus. Ptholemeus ita
qꝫ iudicans ſtellas tempoze ſuo moueri
ab occidēte in ozientem: credidit vnum
tm̄ eſſe zodiacum fixum ſcilicet qui ſem
per eãdē haberet declinationē ab equa=
toze: ad quod ſequiť id quod dixit. Nã
ex quo ſtelle meridiõales a tropico hye
mali recedentes: accedebant verſus pũ
ctũ equalitatis vernalis ⁊ inter hoc pũ
ctum ⁊ tropicum eſtiuum in partem ſe=
ptentrionis recedebant ab equatoze: ius
dicauit moueri ſecũdũ ſucceſſionem ſi
gnozum. Sed ſuppoſito hoc motu tem
poze ſuo in rei veritate mouebantur cõ

tra ſucceſſionē ſignoꝝ ecliptice fixe: verum eſt tamē ꝙ propter equationē octaue ſphere tunc decreſcentem: moueri viſe ſunt ad ſucceſſionē ſignorum: ꝙ in interſectione ecliptice mobilis cum equatore putabat eſſe caput Arietis zodiaci immobilis: quam interſectionem ſemꝑ fixam exiſtimabat. Hunc motum ſequūtur omnes ſphere inferiores in motibꝰ ſuis: ita vt reſpectu huius ecliptice mobilis ſint auges deferentium ⁊ declinationes earum ſemper inuariabiles.

¶ Determinat de motu acceſſꝰ ⁊ receſſus magis practice ad operationem dirigēdo. ¶ Pro quo aduertendum eſt ꝙ Thebit non conſiderat tm̄ motum in lōgitudine zodiaci qui a motu acceſſionis cauſatur ⁊ receſſionis: immo principaliter motum in latitudine a ſeptentrione ad auſtrum ⁊ econuerſo: qua diuerſam ſortitur declinationem. Ariete nanqꝫ a ſeptētrione ad auſtrū mutato plurime ſtellarū vel mutant declinationem ⁊ latitudinem: vel eā variant per augmentum ⁊ decrementum: quo fit vt ſole exiſtente in principio arietis primi mobilis: tā latitudinē ꝗ̄ declinationē contingit obtinere ad vtranqꝫ partem: qua de cauſa diuerſaꝛ eius altitudo in meridie: vt inquit idem tertio capitulo ponens vtilitatem ſcientie huius motus. Licet enim ſit in principio arietis primi mobilis ſi ſeptentrionalis ſit ab equatore altitudinem poſſidet maiorē ꝗ̄ ſi non declinaret: ⁊ quanto declinat magis tāto magis hanc illa precellit: econuerſo ſi ſit auſtralis: tunc nanqꝫ altitudo eius minor eſt: ꝗ̄ ſi equatorē teneret: ⁊ tanto minor quāto ab eo ad auſtrum declinat. ſecūdo diuerſatur quantitas arcus diurni ⁊ nocturni. eſt nāqꝫ maior arcꝰ diurnus ſi ſeptētrionalis ſit ꝗ̄ ſi ꝑciſe eſſet in equatore et nocturnꝰ minor: ſi vero ſit meridionalis accidit oppoſitum. ſcilicet ꝙ nocturnus maior ⁊ minor diurnus. Et conſequenter diuerſantur cum noctibus ſuis in quantitatibus eorum: ſūt nanqꝫ tāto maiores dies noctesqꝫ minores quā to polo propinquior ſit aquilonari. Diuerſantur tertio altitudines ſtellarum ſcḋm ꝙ ſeptētrionales ſūt vel meridionales magis. vt dictū eſt de ſole. ⁊ ſimiliter arcus diurni ⁊ nocturni: vel ꝗ ſupra orizontem ⁊ ſub eo deſcribuntur: quarto diuerſantur ſigna in ortu et occaſu propter motum a polo ad polum. Quorum nō pono exempla cum parum exercitato in ſphera materiali ꝑ ſe nota fient. Propter iſta igitur non ſufficit ſcire loca ſyderum in longitudine. immo latitudinem ⁊ declinationē eorum nec ignorare oportet. Solis autem ⁊ fixarum ſtellarum declinatiōes variantur propter declinatiōes arietis mobilis ⁊ latitudines. Et hec variātur propter eiuſdem diſtantiam a ſectione eclyptice mobilis cū equatore. quando nanqꝫ nihil diſtat ab huiuſmodi ſectione declinatio nulla eſt: ⁊ quādo maxime: reperitur maxima. igitur habitis locis ſtellarum fixarum ⁊ ſolis oportet habere huiuſmodi diſtātiam: que equabit omnem earū declinationem: modo quē inferiꝰ exponā huiuſmodi igiꝛ diſtantia arietis a ſectione eclyptice mobilis cū equatore equatio vocatur octaue ſphere. vt in prima figura capite arietis in n: ⁊ ſectione f: totus arcꝰ f n: equatio dicitur. Fit aūt et inueniꝛ hec equatio mediante motu acceſſus ⁊ receſſus. Si nāqꝫ aries mobilis non moueretur in paruo circulo ſemper eſſet in ſectione equatoris cum eclyptica: quādere non eſſet equatio. Vñ ſi libeat equationem inuenire prius oportet motum acceſſus ⁊ receſſus ſcire. Eſt igitur motus acceſſus et receſſus arcus circuli parui a ſectiōe eius cū equatore occidentali: ad vſqꝫ dictum arietem interceptus per medietatem ſeptentrionalem: qualiter mouetur caput arietis. verbigratia capite arietis in n: exiſtente: erit motus hic m n: incipit autem a ſectione. qꝛ ibi exiſtente capite arietis nulla cōtingit predicta equatio. Et licet eq̄tio nulla fiat tam in ſectione occidentis ꝗ̄ orientis: ab m: tm̄ potius inchoat quia inde principiū arietis verſus ſeptentrionem moueꝛ ad nos appropinquādo Reperitur vt dictum eſt equatio per motum acceſſus ⁊ receſſus. Nam cum hic nullꝰ erit arietē in m: ſectione denotans eſſe: vel ſex ſignorum: ſignificans eſſe in reliquis equatio nulla eſt Quando vero motꝰ talis denotarit eundē arietem eſſe in punctis cōtactuum in n: maxima eſt f n: vel in p: quas equales eſſe patuit ſupra. ſ. 10. gra. 45. minu. ¶ Qualiter autem motꝰ ſolis ⁊ ſtellarum fixarum equatur hac equatione reſtat ſubiungere demente thebit: et ſi autor non meminit in littera. Dato nanqꝫ ꝙ ſol ferreꝛ continue ſub eclyptica fixa quādo eſſet in principio arietis: nullam haberet declinationem. Sed qꝛ eſt cōtinue ſub eclyptica mobili que ſub fixa nō ſemper ſituaꝛ. ſtat ꝙ ſit in ariete primi mobilis ⁊ patiatur latitudinem vt ſupra dictum eſt. verbigrā. in prima figura ſi ſol ſit in ꝑicipio vtriuſqꝫ arietis ⁊ mobilis aries ſit in n: cum ſole notū eſt ꝙ declinationē patitur ſeptentrionalē. Que tanta quanta eſſet: ſi delatus ſub eclyptica fixa tm̄ diſtaret ab initio arietis fixi ꝗ̄tū nunc remouetur a ſectione. Remouetur nanqꝫ a ſectiōe arcu f n: ſi potiꝰ ſub eclyptica fixa equali remoueretur remotione: ab a: loco eiꝰ vero: haberet tātam preciſe declinationem quantam nunc habet Haud aliter ſi eſſet in p: etiam initio arietis habet declinationem quam nunc habet declinationem auſtralem tantam quantam haberet ſi latꝰ ſub eclyptica fixa verſus auſtrum equali remotiōe diſtaret ab initio arietis fixi. verbigrā. in tali caſu remotꝰ eſt ab eclyptica cum equatore ſectione arcu p b. Si igitur ponatur in eclyptica fixa tm̄ diſtans ab a: equalem haberet declinationem quam nunc habet. Et igitur tunc ab eiꝰ vero motu equatio ſi dematur remanet in tali ſitu quātam declinationem haberet. Et ideo Canō eſt ponēdus quandocunqꝫ motus acceſſus ⁊ receſſus eſt minor ſex ſignis: vt m n: aries hꝫ declinationem ſeptentrionalē quare equatio addi debet vt habeatur punctus eclyptice fixe ad ſeptētrionem tm̄ declinans ꝗ̄tum aries mobilis. Si vero motus predictus eſſet plus ſex ſignis vt m n p: aries mobilis meridionalem haberet declinationem: quare equatio demi debet: ⁊ habetur fixe eclyptice punctum tante declinatiōis

quanta eſt aries mobilis in hoc ſitu: huius mo=
tus fundamento omnia que antiqui perceperũt
de motu octaui orbis thebit verificare conaẽ et
ſaluare. viſe ſunt etenĩ prioribus vt patuit ſtel=
le fixe retrograde quãq; et aliqñ directe tarde quã
q; ⁊ veloces: qḋ contingit propter variationẽ ſe
ctiõis eclyptice mobilis cũ equatore: illi nanq;
non percipientes eclypticam moueri huiuſmõi
motu: immo credentes equatorem ſemper in ca
pitibus Arietis ⁊ libre ſecare: ⁊ vidẽtes ſtellas
ex auſtro per equatorem tranſire in aquilonem
⁊ econtra: iudicabant hoc fieri motu in longitu=
dine. quo ſuppoſito capite arietis in p: exiſtente:
fiet ſectio in b: ⁊ ſtelle in tali loco meridionalem
declinationem habebunt: at ariete facto in n: et
ſectione mutata in f: ſtelle ille facte erunt ſeptẽ=
trionales: ⁊ hi dicent motas eſſe in longitudine
⁊ ſectionem arietis pertranſiſſe eſſe ſicut credi=
dit Ptholemeus: ꝙ ſtelle ſm ordinem ſignorũ
mouentur cum aries tempore ſuo eſſet prope ꝑ
accidens ſectioni ⁊ conſequenter ſtelle meridio=
nales ad boream mouebantur cum in rei verita
te ſm qualitatem huius motus aries moueref i
eo tempore cõtra ordinem ſignorum. tamẽ pro=
pter hoc ꝙ accedebat ſectioni ⁊ equatio meridio
nalis minor fiebat cenſebatur ordine ſignorum
deferri. Quando vero aries eſt in n: ⁊ per o: mo
uetur in p: quia ſectio que fiebat in f: facta eſt in
b: ⁊ ſtelle ſeptentrionales ad meridiẽ mote ſunt
aliũ eſtimabant eas retrogradari ⁊ motas con=
tra ordinẽ ſignorum. Quando vero aries eſt in
parui circuli punctus n p: cõtractu ſeu prope: qr
tunc parum appropinquat vel remoueẽ ab equa
tore: ⁊ conſequenter equatio parũ creſcit vel de
creſcit tarde moueri viſe ſunt: qua de cã Ptho=
le. comparans loca ſtellarum ab eo inuenta ⁊ ve
rificata locis earum ab hyparcho conſideratis:
inuenit motas eſſe tarde. ſ. 100. ãnis gra. vno ex
quo tempore hui⁹ aries erat prope punctũ con=
tactus meridionalis. ſcilicet p: ab eo ſeparatus:
⁊ verſus m: mouebaẽ. Quando vero idẽ eſt pro
pe ſectionem parui circuli cũ equatore: veloci⁹
moueri videnẽ: quia magis appropinquãt equa
tori vel ab eo elongantur: quare equatio minuiẽ
vel augetur: vt patet in figura. Et ideo poſterio
res Ptho. inuenerũt eas veloci⁹ moueri. 60. an
nis grad. vno: vt dictum eſt de opinione Alba=
re a ſolis ſic mote. Sed tñ dr ab extrinſeco cor pore nõ moueri: qr non mouet ab extrinſeco im mediato: cõmunicante ſibi motū proprium. Cõ municat autẽ ſibi motum propriũ. viij. ſphera ⁊ ſimiliter pmuz mobile: de quo tñ nihil di quia eſt manifeſtũ. Igit ex dictis ptz ꝙ ſi in aliqua hora eſſent ſimul in aliquo loco celi iſta tria ſcʒ centrũ ſolis. ſiue linea medij motus ſolis. ⁊ cen trum epicicli lune. ⁊ aux deferẽtis lune: in ſeq̃n ti die eadẽ hora ſol diſtabit ab illo loco per gra dum vnũ ꝟſus oriẽtẽ: ⁊ aux eccentrici lune ꝑ gradus. 11. ꝟſus occidentẽ: ⁊ cẽtrum epicicli lune per gradus. 13. ꝟſus orientẽ. Et ꝯñr ſol erit in me dio inter augẽ ⁊ centrũ epicicli lune. Et ꝯñr ſi duplicet diſtãtia ſolis ad cẽtrum epicicli lune: habet diſtantia inter augem ⁊ epiciclũ. Nã illa diſtãt ꝑ. 11. ⁊ 13. q̃ ſũt. 24. ⁊ ſol q̃ iam diſtat vno gradu a loco pdicto a centro epicicli diſtẽtis ꝑ 13. diſtabit ſolũ per. 12. que duplata ꝯſtituũt. 24. Et hec diſtãtia ſic dupplata: dr cẽtruʒ lune. vel duplex interſticiũ vel duplex lõgitudo. Ex hoc autem pʒ ꝙ tria pdicta puncta aut ſunt ſimul: aut ſol eſt in medio eoꝝ vel in oppoſito vtriuſqʒ exiſtentiũ ſimul qd ſic probat. Nã cum iſta tria ſunt ſimt ſub aliquo pũcto ⁊ oĩa ab illo icipiũt recedere lʒ fortius recedat centrum epicicli qʒ aux qr qñ illa diſtat ꝑ. 11 illud diſtat ꝑ 13. non tñ magis diſtat a ſole qʒ aux: qr iſtud excremẽtuʒ ſupplet ⁊ reducitur ad eq̃litatem ꝑ motum ſo lis: qr dũ interim diſtat vno gradu a dicto loco augi habenti. 11. gradus diſtantie a dicto loco ad dit vnũ ⁊ ſiunt. 12. ⁊ centro epicicli habenti. 13. diminuit vnũ ⁊ remanent. 12. Et ſic donec inte rim illa duo ꝯiungantur ſemꝑ ſol eſt in eorum medio vel parũ diſtans. Cũ aũt illa duo incipiũt diſiungi: iterum incipiunt ꝓpinquare ſoli pari formiter ⁊ eque cito vel quaſi ei ꝯiungũtur. Et ſicut cum recederent a ſole equaliter recedebãt qr ſol mouebatur poſt mobile velocius ⁊ fugie bat tardi⁹ ⁊ faciebat equalitatem: ita cum ac cedunt ad illum accedũt equalit qr ſol fugit ve locius: ⁊ obuiat tardiori ⁊ facit equalitatẽ. Pʒ etiaʒ ex dictis illud qd auctor ita obſcure dixit in textu: ꝙ in ol media ꝯiunctione ſolis ⁊ lune centrum epicicli lune ⁊ linea medij motus ſolis ⁊ aux eccentrici lune. ſunt in vno puncto zodia ci ſm longitudinem. i. in vna linea ſecante ecli pticam ortogonalr. Eſt autẽ notandum ꝙ ſol ⁊ luna ꝯiungunt ſm longitudinem i qñ ſunt in eadeʒ linea circulari ſecante eclipticam ortogo naliter ſiue ad angulos rectos ſphericales. etiã ſi luna multũ diſtet ab ecliptica: ſm latitudinem vero: qñ ſunt in eodem pũcto ecliptice quaſi ꝟo ſm latitudinem. qñ luna eſt ꝯiuncta ſm longi tudinẽ ſed parum diſtat ab ecliptica. In media ꝯ ꝯiunctione que. ſ. eſt prope veram: q̃ nõ ſemꝑ ſub ecliptica ſit ꝯiunguntur iſta ſm latitudinẽ: vel quaſi. Patet etiam ꝙ in quadraturis me dijs centrum epicicli lune eſt in oppoſito augis eccentrici ſue ſiue in longitudine propinquiori. Et in oppoſitione media rurſus in auge: qr ex quo equaliter recedunt a ſole cẽtrum epicicli lu ne ⁊ aux eccẽtrici eius non põt epicicli centrum opponi ſoli qn ſint in auge. Sed reſtat dubium qr iſta calculatio recte quadrat ex ſuppoſitione ꝙ motus ſolis eſſet gradus vn⁹ pciſe ⁊ augis lu ne. 11. ⁊ epicicli. 13. quod ẽ falſum: qr ſunt aliqua minuta que videntur impedire qr aux mouetur etiam plus minutis fere. 12. centrum ꝟo epicicli minutis quattuor ſol ꝟo min⁹ vno minuto. Ad quod dico ꝙ iſta ratio quadrat ſi ſiat ꝯput⁹ ſm gradus: ⁊ ide eſſet ſi fieret ſm minuta ⁊ alias fra ctiones acceptas ſine errore. Nam ſi eſſet quan tũcũqʒ parua differentia ſuppoſita regularitate motus ſolis: proceſſu tꝑis factum iam eſſet vt in ꝯiunctione ſol non ꝯcurreret ſemꝑ cũ luna in auge. quod certiſſimũ eſt eſſe falſum. Quia ꝟo fractiones minimas plerũqʒ in motibus ſydeꝝ non habemus: auctor ſe ab hmõi pleruãs dixit iſta moueri tantum fere. ꝑ hoc. ſ. volens remit tere ad tabulas.

Deinde vero cum dicit.

Unde ptʒ rõ cur medio motu ſolis ⁊c.

¶ Infert duo correlaria Et ſcdm eſt ibi. (Pʒ etiam ꝙ in omni menſe.) Aduerte autẽ pmo ꝙ medius motus lune eſt arcus zodiaci incipiẽs ab ariete ſm ſucceſſionem ſignorum: ⁊ termina tus a linea exeunte a centro terre ꝑ centrũ epi cicli lune vſqʒ ad zodiacum. Medius autẽ mo tus ſolis vt ſupradictum eſt incipit ab eodẽ pũ cto ⁊ terminatur ad lineam medij motus eius. Diſtantia ꝟo que eſt ab vna linea illorum me diorum motuu ad aliam eſt elongatio media ſo lis ⁊ lune. Igitur medius motus lune cum fue rit maior medio motu ſolis cõponit ex medio motu ſolis ⁊ ſua elogatione: ⁊ ꝯſeq̃nter ſubla to illo medio motu remanet dicta elongatio qd eſt aliqua pars. Et qr vt dictũ eſt equaliter ſol ſeu linea medij motus ſolis diſtat a linea medij motus lune ⁊ ab eius auge: ideo dupplata alta diſtantiarum prouenit diſtantia compoſita: ex vtriuſqʒ: que dr cẽtrum lune non qr ſit indiuiſi bilis ⁊ in medio lune vt centrũ: ſed qr a tali cen tro tota eſt pertranſita poſt horam ꝯiunctionis vel oppoſitionis que ſemper ſunt in auge. Dr etiam duplex interſticium. i. duplex interuallũ ⁊ ſpacium vel diſtantia. ſ. ab auge ad ſolem. ⁊ a ſole ad centrum epicicli vel linee medij motus lune: ⁊ componitur ab inter ⁊ ſto. ſicut ſolſticiũ a ſole ⁊ ſto Et idem eſt quod dr duplex longi tudo. Pro ſecundo ꝟo aduerte ꝙ lunaris men ſis dr vna completa reuolutio lune a ſole ad ſo lem: que perficitur ſecundum vulgare tẽpus die bus. 29. horis. 12. minutis. 44. ⁊ aliquot ſecun dis. in quo menſe luna eſt in auge ter / primo in ꝯiunctione que ẽ in principio menſis: ⁊ ſecũdo in oppoſitione que eſt in medio: ⁊ tertio in ꝯiun ctione que eſt in fine: ⁊ ꝯñr bis peragat totum illud ſpacium. Dicit autem in hoc loco Gerar dus eandem ſententiam ſub alijs verbis: dicẽs ꝙ centrum epicicli lune bis peragat ſuum eccẽ tricum (circulum. ſ. ⁊ non corp⁹ in quo eſt ſixa.) ſemel motu proprio. ⁊ ſemel motu augis. Cum enim illi motus ſint inuicem oppoſiti. vnus cõ fert ad velocitatem alterius. vnde ſi aux ſtaret oppoſitio non eſſet in auge ſed in oppoſito au gis. ⁊ ſemel tantum in menſe eſſet reuolutio.


¶ Lectio. vj.

Deinde auctor cum dicit


Sed orbis quartus concentricus ⁊c.

Revertitur ad deſcribendum motum orbiū lune: quem intermiſerat: vt cōpararet motus p̄dictos: docēs quomodo moueatur orbis ſupremus lune ambiens omnes alios.

¶ Pro quo aduerte q̄ cum dictum ſit ſuperficiem eccentrici lune ſic interſecari a ſuperficie ecliptice: q̄ vna pars eius ab ecliptica declinat ad auſtrum: alia vero ad ſeptentrionem: illa interſectio in qua cum fuerit centrum epicicli incipit ire v̄ſus ſeptētrionem. dr̄ caput draconis: reliqua v̄o cauda: ipſa v̄o ſuperficies intercepta a capite ⁊ cauda dr̄ draco metaphiſice ratione aſſimilitudinis. Igitur iſte quartus orbis mouetur regulariter ſuper axe zodiaci circa cētrum mundi cōtra ſucceſſionem ſignorum. ſ. ad occidentem tribus fere minutis. Sed q2 ambit oēs alios orbes lune: trahit ſecum circa cētrum mundi quicquid pertinet ad ſpheram iſtā: repertum extra illud centrum mundi. Cum aūt moueatur ſuper axe zodiaci qui etiam eſt ecliptice: ſi ſuperficies eccētrici lune ſuper eodē axe ⁊ polis moueret nunq̄ declinaret a ſuperficie ecliptice ſz



ſemper eſſet pars eius. Quia vero axis eſt alius ⁊ non eque diſtans ſeqtur p̄mo q̄ circumferentia eccentrici interſecet ſuperficiem ecliptice ſēp in aliis ⁊ in aliis punctis v̄ſus occidentē ad qd̄ dictus orbis mouetur. Et ſecundo q̄ tali motu poli deferentium augem circa polos zodiaci deſcribant circulos: licet nō ſequatur q̄ axis iſti9 motus moueatur circa axem zodiaci. q2 illum interſecat in centro mūdi vt dictum eſt. Et hoc patent in hac figura: vel melius in alia.



Deinde cū dicit.

¶ Epicidus autem circa centrum ⁊c.

¶ Agit de motu epicicli ⁊ tria facit. p̄mo id quod dictū eſt: ſecundo determinat de auge epicicli ⁊ ei9 oppoſito ibi (Aux autem.) Et tertio infert quedam correlaria ibi (Ex iſtis p3) Pro p̄mo aduerte q̄ ſicut ſup̄adictum eſt: epicicl9 eſt totus immerſus in profunditate orbis deferentis ſeu eccentrici: ⁊ tamen nō eſt totus infra periferiam. i. circumferentiam circuli eccentrici: ſed in ea eſt centrum eius: q2 iſte circu ſua deſcribitur a linea ducta a centro eccētrici vſq3 ad cētrum epicicli. Et q2 axis epicicli tranſit per cētrum eius: cōſīs eſt q̄ in puncto tangit illā circūferentiam: ita q̄ orthogonaliter ſecat eam: vt dicit textus. i. ad angulos rectos ſic vnde ſuperficies plana. i. circulus epicicli. deſcriptus a linea



exeunte a centro eius ad centrum lune: non interſecat ſuperficiem vel circulum eccentrici. ſed manet in ea ſcz p̄o illa parte que eſt a centro ⁊ infra. Et ſuper iſto axe iacente ſup p̄iferiam circuli eccentrici mouet̄ epicicl9 ſic: q̄ ſi centrū epicicli eēt cētrū mūdi moueretur totalr̄ ad occidētē ſ3 q2 totalr̄ epicicl9 extra cētrū mūdi eſt: ideo ſm̄ vnā partē. ſ. ſuperiorem mouetur contra ſucceſſionē ſignorum. i. ad occidentem: ⁊ ſm̄ alteram mouetur ſm̄ ſucceſſionē eorum. i. ad oriētem. Et irregulariter mouetur ſuper centro ſuo. ab intelligentia per hoc tēdente aliquem finem qui ſtatim dicet̄. ſ. vt luna ſingulis diebus diſtet ab auge media. 13. gradibus Reducitur autem iſta irregularitas ad vniformitatem eo modo quo dicit̄ in textu: q2. ſ. diuiſo epicicio in. ccclx. gradus licet aliquando moueatur in die plus q̄. xiij. gradibus aliquādo minus tamen ſingulo die mouetur. xiij. gradibus ab auge media. que aliquando mouetur verſus occidentem ſicut ⁊ ipſe: ⁊ tunc op3 illum velocius moueri. aliqñ autē v̄ſus orientem vt dicet̄ ⁊ tunc mouetur tardius. Qui gradus incipiunt cōputari non ab ariete: q2 in eo nō ſunt ſigna: ſ3 a puncto augis medie quicunq̄ ille ſit: q̄ ideo dicit̄: q2. ſ. nunc eſt vn9 ⁊ nunc alius vt patebit. Dicit̄ tamē epiciclus moueri. xiij. gradib9 non ſm̄ ſe totum: q2 ſic non mouet̄ niſi per accidēs ad motum deferentis: ſed ſm̄ partē vel punctū partis in eo ſignatum ſiue ſm̄ cētrum lune quā defert in ſpām.

Deinde cum dicit

Aux autem media epicicli eſt pūct9 ⁊c.

¶ Agit de auge epicicli de qua fecerat mentionem: ⁊ de eius oppoſito: non autem de longitudinibus mediis: q2 nō eſt opus vti eis ad noticiam alicuius motus. Aduertendum autem eſt q̄ in ſphera lune eſt duplex aux in genere. ſ. deferentis ⁊ epicicli: q2 cum aux ſit idem q̄ eleuatio vel elongatio a centro mundi aliqua pars epicicli eleuat̄ alia dep̄ſſa cū ipſe eſt in auge deferentis. ⁊ cum eſt in eius oppoſito: ⁊ conſeq̄nt̄ op3 augem eius diſtinguere ab auge deferētis Sed quare auctor ſpecialiter agit de iſtis non de illis: dico ideo hoc eſſe q2 aux eius oppoſitu3 eodem modo accipiuntur in deferente lune ⁊ in deferente ſolis nō autem in epicicelo lune: ⁊ cōſequenter ex dictis circa ſolem p3 quid ſentiendum ſit circa deferentem lune non autem circa epiciclum. Longitudines autem medie nō ſūt vtrobiq3 eodem modo oportune: q2 luna regulariter mouetur circa centrum mūndi. Dicit igit̄ quid ſit aux media. i. aux prope veram: ⁊ qd̄ vera: ⁊ vtraq3 p3 in textu: excepto q̄ punctus diametraliter oppoſitus a centro eccētrici: eſt punctus in circūferentia circuli deſcripti a cētro eccentrici circa centrum mundi: a quo ſi ducatur linea recta per centrum mūdi ipſa tangit ex oppoſito centrum eccentrici. Unde iſte punct9 cōtinue variatur circa centrum mūdi ſicut ⁊ centrum eccētrici: cui ſemper diametraliter opponitur. i. ſm̄ diametrum circuli ipſum circulum in duo equalia diuidentem. Scito aūt qd̄ ſit aux

ſcilꝫ qd ſit oppoſitum augis: qꝛ eſt punct⁹ oppoſitus augi diametralr̄ ī eodem circulo. Dic aūt ꝙ iſte auges ſint vna ſiue vnus pūctus in duobus ſitibus. ſ. cū centrum epicicli fuerit in auge deferentis vel in eius oppoſito: ita ꝙ tunc linee deſignantes tres auges ⁊ tria oppoſita augium ſunt in vno ſitu ⁊ ſunt vna linea mathematice excepto ꝙ linea deſignans augē eccentrici intelligitur terminari tunc ad centrū epicicli qḋ deſcribit circunferētiā circuli eccentrici: linea vero augis epicicli vlterius protendiť vſqꝫ ad circūferentiam circuli epicicli. Ratio iſti⁹ cōcurſus eſt qꝛ ſt tunc cōcurrūt ī vnū ſignificata ꝑ diffinitiōes iſtorum augiū. vt patet intuenti theoricam linearum ⁊ motuum.

Deinde vero cum dicit.

Ex iſtis patet ꝙ nullus idem punctus.

Theorica linearum ⁊ motuum.



Infert duo correlaria. ⁊ ṗm eſt ibi (Inferť ex hoc) Pro ymaginatione aūt ṗmi correlarij. habēdū eſt ꝓ fundamento ꝙ linea a: ducta a cētro eccentrici ⁊ tranſiens ꝑ centrum epicicli ⁊ tangēs aliquem punctū in ſupficie cōcaua cōcauitatis cōcludentis epiciclū. ſemꝑ tangit illum punctū in tota reuolutiōe ipſius eccētrici lune qꝛ continue illa cōcauitas hꝫ eandem diſtantiā ad illud centrum eccētrici. Ex hoc ſequiť ꝙ punctū quē in illa cōcauitate epicicło exiſtente in auge eccētrici vel eius oppoſito. tangit linea augis vere vel medie epicicli: ſemꝑ tangit ⁊ deſignat linea a q̄ ſcꝫ egreditur a centro eccētrici in tota reuolutione eccētrici. qꝛ pūctus quē tangit a. ⁊ quem tangit. b. i. linea deſignans augē mediā. ⁊ quem tāgit c. i. linea deſignans augem verā tūc. i. epicicło exiſtente in auge eccētrici vel eius oppoſito ſunt vnus punctus: ⁊ ꝑiter ſi a oſtendit ſemper vnū eorū vt oſtenſum ē: etiā oſtendit ſemꝑ alia duo. ſ. ad quem trahantur linee b ⁊ c: in auge vel oppoſito. Ex hoc vlterius ſequitur ꝙ punctus quem deſignat a. nūꝗ̄ deſignatur ab ipſo b. vel c niſi in auge eccentrici vel eius oppſito: quia in omni alio ſitu a: b: ⁊ c: ſe interſecant in cētro epicicli. ſicut patet in hac figura. ¶ Ex hoc vlterius ſequitur ꝙ punctus concauitatis concludentis epiciclum. exiſtens ſuꝑ auge media et vera. epicicło exiſtente in augē deferentis ve: oppoſito: nunꝗ̄ alias eſt ſuꝑ eiſdem: qꝛ nunꝗ̄ alias ille punct⁹ deſignať per lineas deſignātes auges ſcꝫ: b ⁊ c: ſed ſolū per a. Et hec eſt ꝓbatio text⁹ que valet de oī alio pūcto qḋ aliquādo eſt ſuper eiſdem: qꝛ nunꝗ̄ eſt plus ꝙ̄ ꝑ inſtans ſuꝑ eis vī licet auctor in iſto correlario ponat cōcluſionē vniuerſalem dicēs pūctus ⁊c: ⁊ deinde faciat ꝓbationem ꝑticularē dicens. Nā talis punct⁹ cōcauitatis ⁊c. tñ iſta ꝓbatio vlis eſt de omni pūcto: qꝛ. ſ. a: b ⁊ c: ſemꝑ ſe interſecant in alijs ⁊ in alijs punctis: ⁊ ꝑiter a. oſtendente ſemꝑ vnum punctū. opꝫ b ⁊ c: cōtinue aliud ⁊ aliud punctum oſtendere vel deſignare in tali cōcauitate. Cauſa autē oīm iſtorum eſt. quia illa concauitas ſicut ſemꝑ hꝫ eandem diſtantiā ad centrū a quo exit a ⁊ cōſequenter a ſemꝑ deſignat eundē punctum: ita ſemꝑ hꝫ aliā ⁊ aliā diſtantiā ad centrū mundi: vnde exit c: ⁊ ad punctum vñ exit b: ⁊ cōſequenter b ⁊ c: ſemꝑ deſignant alia ⁊ alia puncta in ea. ⁊ ſemꝑ auꝫ vera eſt in medio vt pꝫ ex dictis. Sed tñ in vna medietate deferentis c eſt ad dexterā. ⁊ b: ad ſiniſtram. ⁊ in alia econuerſo qꝛ ſe permutāt qñ ſiunt vna. Patet etiam ꝙ ſolus pūctus quē oſidit ē imobilis ⁊ inuariabilis.



Deinde cum dicit

Infertur ex hoc etiam etcē.

Ponit ſcḋꝫ correlariū dicens: ꝙ epicicl⁹ moueť velocius qñ centꝫ ſuū tranſit ſupiorem medietatem eccentrici circuli in partem remotiorem a centro mundi: que ſcꝫ in ſui medio habet augē eccentrici tardius vero qñ tranſit per aliquam oppoſitā. Velocius inqꝫ ⁊ tardius circa centrū ipſius epicicli. Sed hoc correlarium quomodo ſequitur ex dictis. Dico ꝙ ſi regulariter epicicius mouetur ab auge media. ſingulo die. xiij. gradibus: ⁊ ſi auꝫ media cōtinue variať ⁊ recedit a puncto concauitatis epicicli imobili vel ad illum accedit: neceſſe eſt epiciclum irregulariter moueri circa centrum ſuum. Hoc autem ſic pꝫ Nam omne mobile qḋ ſingulo die: ꝑ equale ſpacium: elongatur ab aliquo ſigno quod ipſuꝫ aliqñ ſequitur ⁊ aliquando fugit: opꝫ moueri velocius quādo ſignum illud ſequitur ⁊ tardius qñ illud fugit vt de ſe pꝫ. Sꝫ luna ſingulo die elon

gatur ab auge media epicicli per equale ſpaciū i.gradibus.xiii.ꝛ aux illa aliquā ſequitur lunā ꝛ aliquando fugit. Nam diuiſo eccentrico ꝑ quatuor puncta: que ſunt a.i.aux. ꝛ.b.ideſt oppm augis ꝛ c ꝛ d.i.lōgitudines medie vel quaſi medie: aux media ab ipſo d.vel circa vſq; ad c vel circa ſequitur lunam: ꝛ ab ipſo c vſq; ad d illā fugit. Nā cum linea aug; medie a b vſq; ad a ſit orientalis reſpectu linee augis vere ꝛ puncti inmobilis quā interſecat in centro epicicli: ꝛ ab a vſq; ad b ſit occidētalis: ſicut in a mutatur de orientali in occidentalem: ita in d vel pauloante incipit mutari ꝛ ꝯſr in d incipit moueri ꝟſus occidens. ꝛ continue mouetur vſq; ad c vel circa: ꝛ cōſequēter mouetur poſt lunam que ꝛ ipſa mouetur ad occidentem. Et ſimiliter cum in b mutetur de occidentali in orientalem: in ipſo c incipit mutari: ꝛ conſeq̄nter in c incipit moueri ꝟſus orientem: ꝛ mouetur vſq; ad d vel circa: ꝛ ꝯſequenter fugit lunam. Igitur luna velocius mouetur a d: vſq; ad c: ꝛ a c: vſq; ad d tardius. ¶ Lec. vij.

Deinde cum dicit

¶ Linea itaq; medii motus lune: ꝛc.


Agit de accidentibus ymaginarijs: ꝛ primo de lineis veri ꝛ medij motus orbium lune ac pertinētibus ad illas: ꝛ ſecūdo de lineis veri ꝛ medij motus capitis draconis ibi. (ſuperficies eccentrici lune). Circa primū duo facit: primo.ſ. id quod dictum eſt: ꝛ ſecundo quedam comparat ibi (diuerſificantur tamen equationes). Circa primū duo facit: primo deſcribit lineas veri ꝛ medij motus ac motus ipſos: deinde declarat quedā alia que ſunt quedā vere res: ſed tamen habent terminos ymaginarios ibi (Equatio cētri ē arc⁹.) Prima particula ex dictis eſt manifeſta ex quibus etiam patꝫ ꝙ centrum lune eſt diſtantia cadens inter lineam motus lune ꝛ augem eccētrici: ſm̄ ſucceſſionem ſignorum.

Deinde cū dicit.


¶ Equatio centri eſt arcus epicicli ꝛc.

Declarat quedam alia ꝛ quattuor facit. qꝛ quattuor declarat ſcd̄m eſt ibi. (Argumētū lune medium.) tertium ibi. (Argumentum autem verū) quartum ibi (Equatio argumenti.)

¶ Circa primū. aduertēdum eſt ꝙ equatio cētri non ideo dicitur qꝛ centrū epicicli lune egeat equatione. Nam circa centrum mundi regulariter mouetur ꝛ ſemper eius motus eſt verus. ꝛ nunq̄ medius: qꝛ deferens lune ad cuius motum mouetur epicicius circa centrum mundi mouetur regulariter: vt dictum eſt. Sed dicitur equatio centri.i. requiſita propter ſitum diuerſum centri epicicli: qꝛ ſm̄ diuerſam eius poſitionē cōtingit diuerſitas argumentorū vt patebit. Ideo; iuxta illud in tabulis ponitur equatio quedam q̄ eſt equatio argumentorum. Et dr̄ centri ratiōe dicta: ꝛ qꝛ ꝑter eam eſt alia argumenti de qua inferius agetur. Hec ideo nulla eſt centro epicicli exiſtente in auge deferentis vel oppoſito qꝛ tūc vt ſupra dictum eſt due linee terminantes iſtam equationem cōuertuntur in vnam. Eſt aūt maxima cum illud fuerit modicum infra longitudines medias deferētis. Dr̄ aūt hoc loco lōgitudines medie: que terminantur a linea. hincinde egrediente a centro terre. faciendo angulos rectos ad lineam augis: ſicut in ſole dictum eſt ꝛ eadem ratione. Dicitur etiam centrum epicicli eē infra longitudines medias i quando adhuc ad eas non peruenit: vltra ꝟo quando eas ſuo motu pertranſiuit. Igitur a parte occidentis eſt infra longitudinem mediā. quando eſt infra ipſaꝫ ꝛ oppoſitum augis: a ꝑte autem orientis quādo eſt inter ipſam ꝛ augem. Mens tamen auctoris eſt. ꝙ equatio ſit maxima quando eſt infra a ꝑte occidentis in puncto quem deſignat linea quedam exiens diametraliter a linea augis eccētrici: ꝛ vltra a ꝑte orientis in puncto.ſ. eque diſtante ab oppoſito augis. Non dicit autē infra vnā longitudinem ꝛ vltra aliam: ſed ſolum infra lōgitudines: quia punctus vn⁹.ſ. ex parte illa. vbi venit motus eſt infra ꝛ reliqu⁹ ei correſpondet. Que autem ſint iſta duo puncta in quibus vel inter que eſt maxima equatio. dico ꝙ ſunt illa que contingunt linee augium vere ꝛ medie. quando linea augis medie tangit circulum deſcriptū a centro eccentrici ſolum in puncto i ſiue quando iacet diametraliter ad lineam augis eccentrici: vt in hac figura.



Quidā tn̄ dn̄r ꝙ tūc eſt maxīa cū linea exiens a centro terre ad pūctum oppoſitum centro eccētrici: fecerit angulum rectū ad exeuntē a centro terre ad cētrum epicicli. Quidā ꝟo ꝙ tunc cum linea augis vere ꝛ linea augis medie. interſecantes fere in centro epicicli fuerint equales. Sic igitur de hoc ſunt tres opiniones. prima ꝙ ſit in eo quem tangit lineam longitudinis medie perpendicularis ad lineam augis. ꝛ ſecunda ſit in eo quam tangit linea ei eque diſtans exeūdo a puncto centro eccentrici. Et tertia ꝙ ſit in puncto medio vtroruq;. Et he tres opiniones declarantur in hac figura.



Sed ſola ſecunda poteſt eſſe vera: quod ſic pʒ Nam proxima cauſa q̄ due linee ſe interſecantes intercipiant arcum maiorem: eſt maioritas anguli quem faciunt in puncto ſectionis: vt per ſe manifeſtum eſt. ſed maioritas iſta ãguli cauſatur. p̄mo ex magnitudie baſis recte: que q̄to maior fuerit tanto magis ab inuicem latera diſlongantur trianguli. ⁊ maioratur angulus incidentie eoꝝ. Nec dico recte baſis facientis angulum rectum: ſed recte iacentis ad latera ita q̄ latera ſint equalia. Et ſi aliquando non ſit recta tanto maiorat ãgulum q̄to eſſet maior recta et correſpondens ſi latera equarentur. Secũdo p̄o ex ꝓpinquitate puncti incidentie vel inciſionis ſtante tamen equalitate baſis: qꝛ ſtante eadem vel equali baſi recta quanto latera ſunt breuiora tanto eſt maior angulus etiam ſi iſta propinquatio ſit ſolum propter breuiationem vni⁹ lateris tm̄: qꝛ tunc baſis recta efficitur non recta ⁊ maioratur recta correſpõdens. Iſte igitur due cauſe non concurrunt in aliquo triũ predictoꝝ punctoꝝ: niſi in eo qui eſt iſte opinionis: imo non concurrunt in aliquo puncto circũferentie deferentis: niſi in tali puncto qui in deferente ē duplex. Nam tunc baſis trianguli quem faciũt linea augis medie ⁊ vere ſiue c. ⁊ b. eſt maxima qꝛ iſta duo ſe conſequũtur. ſ. maior baſis b. ⁊ c. ⁊ minor inciſio circuli deſcripti per centrum eccentrici: facta per b. Nam pʒ q̄ vbi b. diuidit illum circulum in duo equalia: nulla eſt baſis: vt cum b. eſt idem cum linea augis eccentrici. Et deinde ſucceſſiue creſcit baſis ⁊ maioratur inciſio. Et conſequenter vbi inciſio eſt nulla vt in dicto puncto: baſis eſt maxima. Tunc etiã vtra q̄ dictarum linearum eſt breuior q̄ in duobus aliis punctis: qꝛ ſunt viciniores oppoſito augis Nec poſſunt eſſe breuiores niſi minuatur baſis qꝛ tũc baſis eſt maxia: ⁊ ab inde incipit minui donec ſit i illa b. ⁊ c. exiſtibus in oppoſito aug̃.

Deinde dicit quo ad ſecundum

Argumentum lune mediũ: eſt arc⁹ ⁊c.

Et pʒ littera.

Deinde dicit quo ad tertium

Argumẽtum autem verũ ab auge ⁊c.

¶ Unde eſt notandum q̄ argumentum mediũ quod. ſ. eſt arcus in circunferentia epicicli ab auge media computatus vſq; ad cẽtrum lune: ſm̄ motum eiuſdem centri. i. ab oriente in occidentem comparatur ad argumentum verum. quod ſcʒ ab auge vera vſq; ad idem centrum lune: vt totum ad partem. quando epicicius eſt inter augem eccentrici ⁊ oppoſitum a parte occidentis qꝛ tunc ſemper aux media eſt orientalior ⁊ includit veram. E conuerſo autem eſt cum fuerit epicicius inter oppoſitum augis ⁊ augem a parte orientis: qꝛ tunc aux vera eſt orientalis ⁊ includit mediam. vt pʒ ex ſuppoſitis figuris. Et iõ bene dr̄ q̄ differentia hoꝛum argumẽtoꝛum q̃ differunt. eſt equatio centri de qua. ſ. dictum eſt q̄ ſit arcus intercidens augem veram ⁊ mediã Cum autem centrum epicicli fuerit in auge eccentrici vel eius oppoſito: ita argumenta nõ differunt. Ad intellectum autem dictoꝛum ſciẽdũ q̄ licet in epicicio vt ſupra dictũ ē nõ ſint ſigna ſub ſpecialibus noĩbus: vt. ſ. vna eius pars ſit aries ⁊ alia taurus ⁊c. ſunt tamen in eo ſigna. ideſt partes correſpondentes partibus ſignoꝝ qꝛ circunferentia eius diuiditur in. ccclx. grad⁹ ſicut zodiacus: ⁊ ſl'r in. xij. ſigna cõiaquoꝝ q̃ſlibet ↄtinet gdus. 30: vl' in. 6. ſigna philoſophica ſeu phyſica quoꝝ quolʒ ↄtinet. lx. gd⁹ Et iõ in circunferentiã epicicli. cõputantur arcus ſm̄ ſigna ⁊ gradus. Sciendum eſt etiam ad intellectum ſequentium: q̄ hic ſumuntur ſigna cõmunia: ſed tamen in talibus aſtronomi cõmuniter vtuntur phyloſophicis gratia facilitatis calculationis. Nam diuiſo tempore per ſexagenariũ numerũ. ſ. per. 4. 3. 2. in quoꝛum. i. quolibet ſm̄ valet. lx. prima ⁊ quolibet tertiũ. lx. ſecunda. ⁊ quodlibet quartum. lx. tertia: ⁊ ſimiliter diuiſo ſpacio per gradus minuta. ſecunda. tertia. quarta ⁊c. ſm̄ vſum tabularum alphõſi: ſi etiã ſigna diuidantur per. lx. gradus ſicut gra. per. lx. minuta. ⁊ mi. per. lx. ſecũda. ⁊ ſic deinceps: omĩa temporis: correſpondent diuiſioni magna facilitate. vt patebit in tabulis. Dicit igitur auctor q̄ cum centrum epicicli lune fuerit minus. 6. ſignis. i. cum motu ſui deferentis ab occidẽte in orientem non fuerit motus epicicius. adhuc p̄ vj. ſigna cõmunia: incipiẽdo ab auge deferẽtis in qua luna complevit vnã circulationẽ per cõiunctionem ad ſolem: maius eſt argumentum verum medio: computando non in deferente ſʒ in epicicio: contra ſucceſſionem ſignoꝛũ: qꝛ tũc vt dictum eſt aux vera a qua incipit argumẽtuʒ verum eſt orientalior media ⁊ eam includit. Et conſequenter tunc ad habendum veꝝ argumentum opʒ argumẽto medio addere equationem centri. Sed cum fuerit plus vj. ſignis: qꝛ. ſ. tam motum eſt vltra oppoſĩ augis: ſit ecõuerſo. quia ſcʒ tunc aux media eſt orientalior. ⁊ ↄſr ad habendũ veꝝ argumẽtũ tũc equatio ſubtrahitur.

Deinde dicit quo ad quartum.

Equatio argumẽti eſt arc⁹ zodiaci ⁊c.

¶ Dicit igitur q̄ equatio argumenti. ſ. lune eſt arcus zodiaci lineis mediĩ ⁊ veri motus interiacens: quarum linearum cũ vtraq; exeat a centro terre. vna. ſ. motus mediĩ tranſit per centrũ epicicli lune: alia autem per centrum lune. Et ſic pʒ cum argumẽtum verum ſit arcus cadẽs in circũferẽtia epicicli inter dictas lineas equatio argumenti nil aliud eſt q̄ arcus zodiaci correſpondens argumento. infra eaſdem lineas. Igitur iſta equatio nulla eſt dum centrum lune fuerit in auge vera epicicli vel eius oppoſito: qꝛ tũc ille due linee ſunt vna nec intercipiũt aliquẽ arcum. Et hoc vbicunq; fuerit centrum epicicli ſiue in auge eccentrici ſiue alicubi: qꝛ vbicũq; ſit centrum epicicli linea augis vere exit a centro mundi per illud: ⁊ ſimiliter linea veri motus ſi luna ſit in auge vera vel oppoſito: cum non poſſit tunc deſignare centrum lune niſi ſit idẽ cum predictis lineis. Eſt vero iſta equatio maxima centro epicicli exiſtente in oppoſito augis. ⁊ cũ hoc luna exñte in linea ducta a cẽtro mundi ad ꝑiferiã. i. circũferẽtiã epicicli ↄtingẽtẽ. i. ↄtigẽdo ipſã lineã. q̃. ſ. nec trãſit ꝑ epiciclũ nec ꝑ lunã ſʒ ſolũ ↄtigit ꝑiferiã epicicli ⁊ lũe vl' exñte ↄtigẽt i. in ↄtactu linee ⁊ ꝑifere ſicut in hac figura pʒ.

¶ Ratio huius eſt q2 cã maioritatꝫ hui⁹ eq̃tionis eſt duplex: vna.ſ. maioritas diſtantie cẽtri lune a linea tranſeũte per centrũ epicicli: q2 q̃to illa fuerit maior tãto magis dilataꝛ linee ꝯphendẽtes eã. ⁊ ꝯñr in zodiaco intercipiũt arcũ maiorẽ. Nõ põt autem iſta diſtãtia eſſe maior q̃ cũ luna eſt in dicto ſitu: qꝛ tunc luna eſt ĩ linea faciẽte anglꝫ rectũ cum linea trãſeunte p centrũ epicicli. Alia cã eſt ꝓpinq̃tas hui⁹ diſtãtie ad centrũ mũdi: qꝛ eadem diſtãtia duaꝝ lineaꝝ facientiũ angulum in cẽtro mũdi: q̃to fuerit ãgulo vicinior tãto magꝫ facit lineas dilatari. Nõ põt aũt eſſe ꝓpinquior q̃ cũ centrum epicicli eſt in oppoſito augis qꝛ eſt in longitudine propiori. Hec autem equatio aliquando ſubtrahiꝛ a medio motu: aliquando vo ei cõiungitur. Nam dum argumentũ veꝝ quod.ſ. incipit ab auge vera. eſt minus ſex ſignis.ſ. cõmunibus computatis in circunferentia epicicli. ſecundum motũ eius.i. contra ſucceſſionẽ ſignorum ſiue dum luna eſt inter augem epicicli ⁊ ei⁹ oppoſitum a dextris ſeu verſus occidentẽ: tũc linea medij motus. que ſcꝫ tranſit per centrum epicicli precedit lineam veri motus: que.ſ. tranſit per centrum lune ſecundum ſignorum ſucceſſionem: i. eundo v̾ſus orientem: ⁊ conſequenter tunc medius motus eſt maior vo. qꝛ linea medij motus p̃cedit vt dictum eſt. Et intellige iſta de motu deferentis qui eſt v̾ſus orientẽ. Tunc igitur equatio argumenti ſubtrahitur a medio motu.ſ. vt habeatur motus ver⁹. Sed dum eſt plus.6. ſignis.i. dum luna pertranſiuerit oppoſitum au[gi]s epicicli: tunc econuerſo eſt: quia linea veri motus eſt orientalior ⁊ prior ſecundũ ſucceſſionem ſignorum ⁊ ꝯſequenter motus verus eſt maior ⁊ equatio addiꝛ medio motu: vt proueniat verus. ¶ Lectio. viij.




Deinde cũ dicit.


Diuerſificantur tamen equationes ⁊c.

Comparat quedã predictoꝝ ad inuicem.ſ. aliquas equationes argumentoꝝ. ⁊ duo facit: quia primo cõparat predicta. ⁊ ſecundo docet accipere exceſſum vni⁹ comparati ſuꝑ aliud ibi. Exceſſus autem horum.

¶ Pro p̃mo ſciendum ꝙ vt dictũ eſt equatio argumenti v̾i eſt arcus zodiaci correſpondens arcui epicicli. cadenti inter lineã augis v̾e epicicli: ſeu medij mot⁹ lũe ⁊ lineã v̾i motus. Eidẽ aũt arcui epicicli correſpondet maior ⁊ minor arc⁹ zodiaci. ſcðm ꝙ arcus epicicli eſt vicinior terre vel remotior a terra: qꝛ vt dictũ ẽ in precedenti lectione hec eſt ſcða cã maioritatis eq̃tionis. Sciendum eſt etiã ꝙ equatiões argumentoꝝ. in tabulis lune ſunt cõputate centro epicicli in auge eccẽtrici immobiliter poſito. vel ſuppoſito: vt ſciaꝛ q̃tus arcus zodiaci correſpondeat vni arcui epicicli iuxta iſtam figuram




Si ꝙ ponaꝛ epicicius in oppoſito augis eorũdem arcuũ epicicli equationeſ correſpõdẽtes ei erũt maiores. Si igꝛ eq̃tio q̃ referꝛ ad arcũ epicicli exñtis in auge ꝯpaꝛ eq̃tiõi q̃ referꝛ ad eũdẽ arcũ a. epi. exñtꝫ ĩ oppõ augꝫ: erit p̃ma maior q̃ ſcða: vt pꝫ ĩ hac fiḡ.



Dicit igiꝛ auctor diuerſificaꝛ.ſ. ꝯm mai⁹ eq̃tiones eorundẽ argumẽtoꝝ.i. eq̃liũ arcuũ epicicli cẽtro epicicli ab auge deferẽtis ad oppm̃ eũte.i. ſꝫ ſucceſſionẽ ſignoꝝ: qꝛ.ſ. arc⁹ epicicli ſunt ꝯtinue viciniores cẽtro t̃re qð ẽ ſcða cã maioritatꝫ eq̃tionis. vñ ſubiũgit. Cõtinue nãqꝫ maioraꝛ.ſ. ipe eq̃tiões ſcðm acceſſũ.i. appropiq̃tionẽ cẽtri epicicli ad cẽtꝝ mũdi. Et itellige eadẽ rõne ꝙ minoraꝛ epicicio moto ab oppõ augꝫ ad augẽ: vñ iꝰfert ꝙ ſinglꝛe eq̃tiões q̃ ꝯtigũt cẽtro epi. exñte ĩ oppõ augꝫ eccẽ. ſũt maiores hĩſ q̃ ꝯtigũt eo exñte ĩ auge. relatiãs ſuꝫ rebꝫ ꝯpãdo.i. ſi accipiaꝛ eq̃les arcus epicicli vtrobiqꝫ. Alr ei ꝯtigẽt oppm̃. ⁊ eẽt eq̃tio maior illo exñte ĩ auge eccẽtrici: vt ſi illa q̃ ſit cẽtro lune exñte ꝓpe augẽ epicicli vꝛ ꝓpe oppm̃ ꝯpeꝛ ei q̃ ſit ĩ lõgitudinib⁹ medijs epicicli vbi arc⁹ argumẽti v̾i ẽ maior.

¶ Theorica minutorum proportionalium lune.



Deinde cum dicit.


Exceſſus autem harum ſuper illas ⁊c.

Docet accipe exceſſum vni⁹ eq̃tiõis ad aliã. ſʒ tria facit. p̃mo eni dicit q̃uo hmõi exceſſus nũcupeẽ. ⁊ ſcdo ponit id vñ põt accipi iſte exceſſ⁹ ibi (linea ṽo a cẽtro mũdi) Et tertio infert modum accipiendi ibi. (Cum igitur centrum. ⁊c̃.) ❡ Aduerte ṽo ꝙ iſte exceſſus ꝓuenit ex hoc ꝙ q̃dã ſin⁹ recti. ſiue chorde arcuũ circũferẽtie epicicli ſũt in diuerſa ꝓpinq̃tate ad centrũ mundi. Sin⁹ aũt recti ꝯputanẽ ĩ dyametro ſui circuli. Et iõ exceſſus p̃dict⁹ nũcupaẽ diuerſitas dyametri circuli breuis. i. epicicli.

Deinde cum dicit

Linea vero a cẽtro mundi ad augẽ ⁊c.

Ponit id vñ accipi põt iſte exceſſ⁹ ⁊ diuiditur hec ps in. 4. ptes: ſm. 4. q̃ ponit quoꝫ ſcdm ẽ ibi (Exceſſ⁹ aũt illi⁹.) tertiũ ibi. (linea naq̃ʒ) q̃rtũ ſũt ibi (Equatiões aũt.) ❡ Primũ igiẽ eſt ꝙ linea exiẽs a cẽtro mũdi ad augẽ deferẽtiſ lune: lõgior ẽ ea q̃ ab eod exit ad oppõm augiſ ⁊ hoc pʒ Quãtũ ṽo ad ſcdm dt ꝙ ille exceſſ⁹ vni⁹ linee ſup aliã diuiſ⁹ in. lx. ptes: dr minuta ꝓportiõalis. Pro quo ſciẽdũ ẽ ꝙ vt dictũ ẽ vni⁹ ⁊ eiuſdeꝫ argumẽti. i. arc⁹ epicicli eq̃tio. i. ſpaciũ ei correſpõdẽs ĩ zodiaco: alicubi ẽ maior ⁊ alicubi minor: ſcdm ꝙ ille arc⁹ ẽ magiſ vl̃ min⁹ vicin⁹ centro mũdi. Referẽdo igiẽ relatiuas reſis. i. cẽtis parib⁹ maxia eq̃tio eſt cẽtro lune exñte ĩ oppõ augiſ eccẽtrici: minima ṽo ẽ eo exñte ĩ auge eiuſd Ille aũt exceſſ⁹ maioris ſup minore tot⁹ accept⁹ diuidiẽ p. lx. Si igiẽ exceſſus linee ducte ad augẽ ſup ductã ad oppõm augiſ ĩt ipe diuidaẽ p lx. ptes iſti⁹ erũt ꝓportionate ptib⁹ illi⁹ exceſſus: q2 vnũ ẽ. lx. ps hui⁹ ⁊ illi⁹ exceſſus: ⁊ trigeſima tertia vigeſima q̃tuor q̃ntadecia. ⁊ ſic de aliĩs. Iſte igiẽ exceſſus linee ſup lineã dr minuta. i. partes parue. ⁊ vt ita dixerim minime quo ad nos de facto: ⁊ ſi nõ ſm ꝑtutem noſtrã q̃ potuiſſemus iſtũ exceſſum diuidere per cẽtrum: ⁊ hec dicere minuta. Dñr etiã minuta ꝓportiõalia: q2 ꝓportionãẽ ptes ei⁹ ptibus exceſſ⁹ equationũ. Et hic exceſſus eſt duplex ad eccẽtricitatẽ i. lineã q̃ eſt iter centꝛ mũdi ⁊ cẽtrũ deferentis lune: q2 q̃tũ aux eleuaẽ tm̃ oppõm depriminẽ. Si eni aux eleuareẽ vt. 30. ⁊ oppõm nihil deprimeretur: iſte exceſſus eſſet eq̃lis eccentricitati q̃ tanta eſt q̃ta eleuatio augiſ Sʒ q2 q̃tũ eleuaẽ aux tm̃ dep̃miẽ oppõm: iõ reſultat duplũ. i. lx. Quãtum ṽo ad tertiũ dt ſic. linea naq̃ʒ teneẽ hic ꝓbatiue q2 ꝙ ſubĩciẽ nõ eſt probatio eiusq̃d promiſſuʒ erat. ſed cõiunctiue ſeu cõtinuatiue. Linea inq̃t itaq̃ʒ mediũ mot⁹ lune. ſ. tranſiẽs p cẽtrum epicicli ei⁹ q̃ dirigiẽ ad augẽ eccẽtrici. nullã de iſtis particulis. ſ. lx. minutis propoꝛtionalib⁹ extra ꝑiferiã eccẽtrici. i. deſcriptã a pũcto augis eccẽtrici. circa cẽtꝛ mũdi tʒ. i. hʒ: ſed oẽs hʒ infra. Pro quo itelligẽdo accipiam⁹ tm̃ de linea egrediẽte a cẽtro eccẽtrici ad ei⁹ augẽ. q̃tũ ꝯphendunt. lx. minuta p̃dicta: ⁊ diuidamus illud per vj. partes quaꝝ q̃libet valeat decem de p̃dictis minutis: que. vj. partes deſignentur. vij. punct⁹ quorum ſupremuʒ ſit aux ⁊ infimũ oppoſitum augis ſm iſtam figuram.



❡ Iſta igiẽ pũcta duplices ꝑiferias ſuo motu deſignabunt. Deſcribent eñ. 7. circa cẽtrũ mũdi ad motũ deferẽtis alienũ: q2 eſt circa illud cẽtrum quaꝝ q̃libet eſt ꝯcẽtrica mũdo ⁊ eccẽtrica cẽtro eccẽtrici. Siliẽ etiã deſignabũt. 7. circa cẽtrũ eccẽtrici ad motũ ei⁹ ꝓpriũ: q̃ eſt circa illud centrũ: quaꝝ q̃libet eſt ꝯcẽtrica eccẽtrico ⁊ eccẽtrica cẽtro mũdi. Oẽs aũt deſcripte circa cẽtrũ eccẽtrici hñt dicta minuta ꝓportiõalia extra ſe q2 ſuprema illaꝝ q̃ deſcribiẽ p augẽ trãſit p pũctum oppõm augi cũ aux ⁊ eius oppõm equaliter diſtẽt a cẽtro eccẽtrici: oppõm aũt augiſ eſt vicini⁹ cẽtro eccẽtrici tota latitudie illoꝝ minutoꝝ q̃ diuidũt exceſſum diſtãtie exñtis extra oppõm augiſ. Earꝫ ṽo ꝑiferiaꝝ q̃ deſcribũẽ a dictis. vij. pũctis circa centrũ mũdi: vna ſola includit oĩa dicta minuta. ſ. q̃ deſcribiẽ ab auge q2 aux tm̃ diſtat a cẽtro mũdi q̃tũ vltimũ diſtãtie diuiſe per dicta minuta: cũ ab eodẽ cẽtro diſtet tm̃ pl⁹ oppoſito augiſ qd̃ ẽ altd̃ vltimũ ꝑſus cẽtrũ q̃tum apprehẽdit dicta diſtãtia. ſcda ṽo deſcripta a ſecũdo pũcto iã excludit. x. minuta extra. ⁊ tertia xx. ⁊ q̃rta. xxx. ⁊ q̃nta. xl. ⁊ ſexta. l. ⁊ ſeptima. lx. Et iõ dt auctor. ꝙ ſicut linea porecta ad augeꝫ eccẽtrici hʒ oẽs iſtas pticulas ĩfra. p q̃tũ. ſ. ſuo vltĩo pũcto deſcribit ꝑiferiã oẽs ĩcludẽteẽ: itaq̃ʒ q̃ porrigiẽ ad oppõm augiſ oẽs excludit oppoſita rõe: ſʒ q̃ ꝓtẽdũẽ ad alia loca eccẽtrici. i. ad alia pũcta in dicta figura ſignata media iter augem ⁊ oppoſitum habent plura vel pauciora extra ſm vicinitatem ad augem vel oppoſitũ. Quantum vero ad quartum dicit id ꝙ etiam ſupradictum eſt: ꝙ equationes argumentorum ſcripte in tabulis ſunt ille que ꝯiungunt centro epicicli exiſtente in auge eccentrici: id eſt ſunt inter omnes minime: vt pʒ ex dictis.

Deide docet dictū exceſſū accipe dicēs
Cum igitur centrum epicicli alibi. ꝛc.
¶ Eſt aūt notādū circa iſtū textū. ꝙ vt pꝫ ex dictis.eidē arcut epicicli ſiue eq̄ti. corrñdet alicubi maioꝛ ꝛ alicubi minoꝛ eq̄tio.i.arc⁹ i zodiaco ſꝫ ꝙ arc⁹ epicicli ē remotioꝛ a terra vł ei viciniox. Et q2 ab extrēa maioꝛe diſtātia q̄ ē i auge ad extremā minorē.q̄ ē i oppō augis.nō itur niſi per mediū:q̄to epicicl⁹ mag꞉ appropīq̄t oppō augis tāto mag꞉ pticipat de illo ſꝫ pportionē ſue diſtātie ꝛ ppīq̄tatis.Et hāc diſtātiā pdcā minuta docēt. Et q̄tā pꝫ ipa minuta ſūt toti⁹ linee diuiſe p.lx. tota pꝫ pportiōalr excludiꝛ de diuerſitate dyametri.i.ō dfia eq̄tiōis argumentoꝝ q̄ ſignaꝛ i tabl'is iuxta eq̄tionē argumēti acceptā.i.augē. Quātū.n.creſcūt minuta pportionalia extra pſentiā excluſa tm̄ creſcit eq̄tio q2 tm̄ pportiōaꝛ epici. pticipat ō ppīq̄tiōe maioꝛ ad cētrū mūdi. ꝛ ꝯſr ſi debeat hēri eq̄tio eq̄ ei q̄ i auge ſūpta ē:oꝫ ꝙ diminuaꝛ de diuerſitate diametri pdicta. Dicit itaq꞉. Cū igiꝛ cētrū epicicli alibi ꝯſtituiꝛ.i.alio loco q̄ i auge: qō fit dū centrū lūe ē aliq̄d:q2 cētꝝ lūe ē diſtātia q̄ ē iter augē eccētrici ꝛ cētꝝ epicicli ſeu lineā mediū mot⁹ lūe: vt pꝫ ex dictis:p cētꝝ accipiūꝛ i tabl'is minuta pportiōalia.i.ſm̄ diſtātiā cētri lūe ſeu cētri epicicli ab auge:q2 illa minuta creſcūt ſm̄ elōgatiōes cētri epicicli ab auge: ſeu ſm̄ maioritatē cētri lūe:ꝛ p argumētū veꝝ accipiꝛ diuerſitas dyametri.i.diuerſitas eq̄tiōis. Ad hñdā aūt eq̄tionē verā:aliq̄ñ opꝫ addere totā diuerſitatem dyametri ad eq̄tionē argumēti pꝰ acceptā i tabula.ſ.ſi minuta pportiōalia ſūt.lx.q2 tūc equatiōis exceſſ⁹ ē maxim⁹: aliq̄ñ aūt nō qñ.ſ.fuerint min⁹ q̄.lx. Tūc eñ addit aliq̄ ei⁹ pportio qualia ſūt minuta pportionalia reſpectu.lx.

Deinde cum dicit

Superficies eccentrici lune vt dictū ꝛc.
¶ Agit de lineis veri ꝛ mediū motus capitis ꝛ caude draconis. ¶ Lectio.ix.

Theorica draconis lune.




Patet aūt tota iſta pꝫ ex dictis. Sꝫ tñ pp rudioꝛes dicam⁹.ꝙ i ea auctoꝛ pncipalr.q̄nq꞉ facit Nā pmo recapitulat q̄dā ſupi⁹ dicta ꝛ pꝫ text⁹ Et ſcdo ibi(illa igiꝛ interſectio)declat q̄d ſit caput q̄d cauda draconis:ꝛ ſilr pꝫ text⁹.ꝛ tertio ibi(Mouēꝛ aūt) agit de motu capitis ꝛ caude dracōis:ꝛ ſilr pꝫ. Et q̄rto ibi.(Medi⁹ itaq꞉ motus)deſcribit mediū ꝛ veꝝ motū capit꞉: ꝛ ꝯſr caude:ſꝫ p iſta pte ſciēō ē pmo:ꝙ vt ex ſupioꝛib⁹ pꝫ:zodiac⁹ nō ē linea ſꝫ ſupficies lata gdib⁹ xij.p cui⁹ mediū circlarir linea trāſit q̄ ecliptica dꝛ. Igiꝛ aliq̄d declināś ab ecliptica pōt ſub zodiaco ꝯtineri ꝛ p arcū zodiaci diffiniri. Et multo mag꞉ medi⁹ ꝛ ver⁹ mot⁹ capit꞉ qō ab ecliptica ñ declinat. deſcribiꝛ p arcū zodiaci.i. i zodiaco deſignatū. Sciēdū ē ſcdo ꝙ medi⁹ mot⁹ alia rōne ſoli aſſignaꝛ ꝛ lūe in deferēte mote. ꝛ alia capiti dracōis. Nā i pdictis aſſignādi cā ē irregularitas mot⁹ i eccētrico q̄ ad ſolē. vł i epicicio q̄ ad lunā:reſpectu zodiaci:que cauſa hic locuꝫ non habet: quia caput draconis mouetur circa cētꝝ mūdi ſup axe zodiaci.tū q2 ſp ē i ecliptica cū ſit ſectio eius tū q2 ſup illo axe moueꝛ orbis mouēs caput:ꝛ ſilr moueꝛ reglr:q2 reglr mouetur ille orbes vt ſupra dictū ē. Cām igiꝛ aſſignādi mediū motū hic tāgit Joānes de ſacro buſto dicēs mot⁹ capit꞉ diſſilis ē motu planetaꝝ q̄ ē ab occidēte i oriētē. Et vt hēatur ſilitudo i motib⁹ dꝛ caput gēzaar tm̄ ire medio motu cōtra firmamētū.i.ad oriētem.q̄tū i rei ſitate vadit cū firmamēto.i.ad occidētē. hec ille. Et intēdit ꝙ cā ei⁹ eſt vt habeam⁹ veꝝ motū ſupputando ſm̄ ſucceſſionē ſignoꝝ ſicut fit i aliis motibus planetaꝝ. Cū eñ ver⁹ mot⁹ ꝛ medi⁹ capitis ſp ꝯtineāt oia ſigna zodiaci:a toto zodiaco auferamus mediū motum ſupputatū ſm̄ ſucceſſionē ſignoꝝ:ſemper remanet mot⁹ ver⁹ q̄ eſt contra ſucceſſionē vt etiā dꝛ in textu. Nō ergo ſunt iſti mot⁹ ymaginādi p duas lineas ꝯtrariū motas vel mot⁹ ad idē: q2 vtriq꞉ mot⁹ iſte ad vnā numero lineā terminaꝛ. Et q̄nto ibi. (Ex aliis manifeſtū ē)infert duo correlaria:quoꝝ ſcdꝫ ē ad excludendā falſam ymaginationē eoꝝ q̄ medium motū capitis ymaginanꝛ p vnā lineā motam ad orientē. ꝛ veꝝ per vnam aliā equaliter motam ad occidentē. Cetera patent ex dictis.

Deinde vero cum dicit.

Quilibet trium ſuperiorum orbes ꝛc.
Agit ſimul auctor de tribus ſuperioꝛibus.ſ. ſaturno/ioue/ꝛ marte:q2 ſatis adinuicē ꝯueniūt. Prius autem de eis agit q̄ de reliquis rōne facilioris diſcipline. ¶ Lectio.x.

¶ **Theorica trium ſuperiorum veneris**



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Circa theoricas igit̃ ſuperioꝝ more ſuo auctor tria facit. p̃mo agit de ptib⁹ itegralibus eaꝝ: e ſcdo de accñtib⁹ realib⁹ ibi (orbes aũt:) tertio de ymaginarijs ſiue de his q̃ p̃cipue querunt̃ in tabulis ibi (Linea medij mot⁹) Primũ aũt breviter explicat: vt pȝ in textu. Circa ſcdm tria facit: qꝛ p̃mo agit de motu deferẽtiũ augẽ eccẽtrici. ⁊ ſcdo de motu orbis deferẽtis epiciclũ. ibi. Sȝ orbiſ. t̃tio d̃ motu epicicli ibi (Epicicl⁹ vo)

Circa primum dicit

Orbes autem augem defetentes ⁊c.

Pro quo nota p̃mo q̃ iſti orbes deferẽtes augẽ mouent̃ ſm ſucceſſionẽ ſignoꝝ qꝛ ſic mouet̃. 8. ſphera a q̃ mouent̃. Et iſte motus eſt ſup axe ⁊ polis ecliptice: nõ tñ aux deferẽtis epicicli ſẽp eſt ſub ecliptica ſeu in ſupficie ecliptice: nec ſẽp eque diſtat ab illis polis licȝ ſemp eque diſtet a polis deferẽtis epiciclum vt ſtatim patebit

Deinde cũ dicit.

¶ Sed orbis epiciclum deferens ⁊c.

Agit de motu deferẽtis quẽ nõ noiat eccẽtricũ ſȝ deferẽte epiciclũ: ad dr̃iam alteri⁹ eccẽtrici q̃ dr̃ equãs quẽ ponit i iſtis planet̃. Et circa hoc facit q̃ttuor: qꝛ p̃mo agit de motu eius. ſcdo dt q̃dã correlaria ibi (Quare fit) t̃tio agit de regularitate mot⁹ ei⁹ ibi. Mot⁹ aũt: q̃rto elicit vnũ correlariũ ibi (neceſſario igitur.)

¶ Dicit igit̃ p̃mo q̃ mot⁹ hui⁹ eſt ſm ſucceſſionẽ ſignoꝝ: ſȝ nõ ſup axe ecliptice vel zodiaci: ſȝ axis ſu⁹ ſecat axẽ zodiaci: ⁊ tñ poli eius non diſtãt eq̃liter a polis zodiaci ſȝ vn⁹ ẽ alio ppinq̃or

Theorica axium ⁊ poloꝝ




Ad ymaginãdũ aũt ea q̃ dr̃r in hac pticula ⁊ ſequẽti: ſciẽdum eſt: q̃ in deferente epiciclũ. dupliciter aliq̃s pũct⁹ ſignari põt: deſignãte ſtãte imobilr in eodẽ ſitu vl̃ moto alr q̃ȝ illi mouea t̃. Primo inſtãti ſic q̃ facta deſignatiõe deſignans ceſſat deſignare. ſicut ſi q̃s p ymaginationẽ ſignet in eo punctũ ⁊ deinde ymaginationẽ diuertat. Et ſcdo i tpe ↄtinuo: ſic q̃ deſignãs ſp ſtet fixum ⁊ ſemp deſignet. ſicut ſi ymaginemur i ſuptori celi ↄcauitate pũctũ deſignãs pũctũ augiſ i dicto deferẽte. Et p̃m⁹ pũct⁹ mouet̃. eo mõ quo illd corp⁹ i quo eſt ſignat⁹. vñ ois pũct⁹ ſignat⁹ ſic in dicto corpe ſm lineã ſiue lrã lineã velociſſime i eo motã. aliq̃ñ ẽ i ſupficie ecliptice: ⁊ eã ptrã


ſit ſicut ⁊ illd corp⁹: qꝛ ſi axis interſecat axẽ oȝ circl̃m interſecare circulũ: vt pȝ in hac figura.



¶ Etiã ſi axes nõ interſecãt ſe ⁊ in eoꝝ cẽtro ſeu p mediũ: dũmõ nõ magiſ diſtet ſectio a polo ſecãtis q̃ȝ a medio vel centro ſecati: qꝛ q̃ntus eſt axis tant⁹ eſt dyameter circuli moti ſup axe in corpore ſpherico: vel ſi non ſit neceſſarium: tñ ẽ poſſibile. vt pȝ in hac figura.



¶ Punct⁹ aũt ſignat⁹ in eo ſecũdo mõ nõ mouet̃ eo mõ q̃ illd corpus: ſȝ eo mõ q̃ deſignãs mouet̃: qꝛ opȝ ſignatum cõtinue eſſe ſub ſigno ↄtinue ſignãtis. vñ punct⁹ deſignat⁹ ſp erit in alia ⁊ alia pte deferẽtis eo mõ quo ↄtingit punctũ eẽ ſubiectiue i corpe ſcȝ ymaginarie vl̃ nõ p ſe p̃mo. Per ſe p̃mo. n. corpus nõ ẽ ſubiectũ niſi q̃ti. Igit̃ nõ oȝ tale pũctũ ptrãſire eclipticã vl̃ ſub ea aliq̃ñ eẽ: niſi idẽ ſit i pũcto deſignãte. Sciẽdũ ẽ ſcdo q̃ ois punct⁹ deſignat⁹ i aliquo orbe. eo moto deſignat circulũ circa axẽ ei⁹. ſm oẽm ſui ptẽ eque diſtãtẽ a polis ei⁹: ſit q̃ oẽs circuli deſignati ab oibus pũctis. ſũt paralelli ſeu eq̃ diſtãtes: ſicut expſſe videm⁹ fieri i motu 8. ſphere: qꝛ ſtelle q̃ ſũt iuxta polũ ſeptẽtrionalẽ circa illũ deſcribũt pifer ias ſuaſq̃ diſtãtes ex oi ſua pte polo ⁊ axi: ⁊ tãto maiores q̃nto remotiores ab eo vſq̃ ad medium orbis moti ſeu vſq̃ ad equinoctialem circulum: quod etiam pȝt in hac figura.



¶ Sciēdum eſt tertio ꝙ orbis deſignās augē in dicto eccētrico.q̄ eſt vnꝰ e duobꝰ deferētibꝰ augem: vt dr̄ in textu mouet̄ ſup axē ⁊ polis eclipt ice.⁊ ꝯñr vnꝰ pūctus ſignatꝰ in eo eque diſtans ab vtroqꝫ polo.ſemper mouet̄ ſub ecliptica linea ⁊ in ſupficie ecliptice:ois aūt alius i eo deſignatꝰ.deſcribit ſuperficiē eque diſtantē ſupficiei ecliptice: vt pꝫ etiā in figura ꝓxime poſita mutato eq̄noctiali in eclipticā. Sciēdū eſt q̄rto ꝙ axis ꝓdicti deferentis epiciclū.interſecat axē ecliptice.⁊ ꝯñr axē deferentiū augē ſuā:ſed iſta ſectio nō eſt ſup eodē centro ecliptice ſꝫ a latere eius. Sicut em̄ centrū deferētis pōt eſſe ſupra centrū mundi.ꝓꝑ hoc ꝙ deferēs nō eſt ſm̄ oēm vel aliquā ſuperficiē ꝯcentricꝰ:ita pōt eſſe a latere qꝛ eſſe ſupra vel a latere mathematice loquēdo nō differt niſi quo ad nos in corpe ſpherico. Vñ opꝫ ꝙ aux huiꝰ deferentis declinet ab ecliptica:qꝛ ſemꝑ aux eque diſtat a polis ſui ſubiecti:⁊ ꝯñr opꝫ ꝙ punctꝰ qui in ſuperiori orbe deſignat augē diſtet ab ecliptica: ⁊ ꝯñr qꝛ ille ſuperior orbis mouet̄ ſup axē ecliptice ſolū excepto motu diurno:opꝫ tale punctum ꝙ augē deſignat deſcribere circulū eque diſtantē ecliptice qꝛ aux deſignata ⁊ punctꝰ cauſa deſignans non ſeparant̄. Et ſic pꝫ ꝙ̄mo qūo deferēs ⁊ epiciclꝰ tranſit eclipticā:⁊ tm̄ aux ſignata in eo illā non trāſit:qꝛ.ſ.nō ſemꝑ aux ſignat̄ i eadē eiꝰ ꝑte.ſꝫ ꝯtinue in alia:⁊ alia.⁊ ipm̄ deſignās nō pōt accedere ad eclipticā.ſ.ſphere nec ei magꝭ aut minus appropinq̄re. Et ſcḋo qūo poli axis deferentis declināt a polis zodiaci vel ecliptice diſtantia nō equali:qꝛ.ſ.centrū eccentrici deferentis cadit extra lineā ductā ꝑ centrum mūdi ad eclipticā:ita vt ſit ſupra cētrum mūdi. ⁊ a latere dicte linee:cū dictū ſit ꝙ axis hmōi ſecet axē ecliptice ꝑ ineq̄lia:⁊ ꝯñr non pōt ei eſſe eque diſtās:nec hr̄e mediū ſui qḋ eſt centrū deferentis ſub ecliptica: vñ ille polꝰ q̄ eſt in ꝑte ad quā declinat aux:magis accedit ad polū ecliptice.quā reliquꝰ:vt pꝫ in hac figura.



Quātū ad ſcḋꝫ ibi(q̄re fit(dt auctor ex hoc ſeq̄ ꝙ augꝭ eoꝝ eccētricoꝝ nūq̄ ꝑtrāſeāt eclipticā ſꝫ ſꝑ maneāt drꝰ aq̄lonē: ⁊ oppoſita augiū drꝰ auſtrū vt pꝫ ex dictis. Qḋ em̄ dictū eſt de vno deferēte epiciclū:dictū eſt de tribꝰ. Cetera āt q̄ dr̄r i hac ꝑte pā ēt ex dictꝭ excepto ꝙ ſicut i ſuperioribꝰ dictū ē deferēs ſumit̄ ⁊ ꝑ corpe ⁊ pro circlo deſcripto ab auge deferen̄:q̄ circulꝰ dr̄ ſuꝑficies deferētis:⁊ eccētricꝰ circulꝰ. Quātū ad tertiū ꝓo ibi(Motꝰ āt epiciclū deferētis)dt ꝙ motꝰ deferētis epiciclū:eſt ſup cētro ſuo diformis.i.irregularis. Sed pro intellectu vel ymaginatione huiꝰ partis ſciendū eſt:ꝙ q̄libet triū planetaꝝ ſuperioꝝ hꝫ duos circulos eccētricos diſpoſitos in eadē ſupficie plana:ambos eq̄les ⁊ imobiles:niſi q̄tū ad motū.ſ.ſphere ⁊ q̄tum ad motū diurnū ſiue quotidianū circa terrā ab oriēte in occidētem:⁊ hūc cētra in eadē linea recta egrediēte a cētro mūdi ad augē deferētis. Et cētrū vniꝰ tm̄ diſtat a cētro alterꝰ:q̄tū cētrum alteriꝰ a cētro mūdi ſm̄ hanc figuram.




¶ Et ille q̄dem cuius cētrum eſt viciniꝰ cētro mūdi dr̄ ⁊ eccētricꝰ ⁊ deferēs.ꝑ cuiꝰ circūferentiā defert̄ cētrū epicicli ab occidēte in oriētē: reliquꝰ ꝟo dr̄ equās:qꝛ i eo itelligit̄ quotidie eq̄liter moueri cētrū epicicli. Neceſſitas aūt ymaginādi ⁊ ponēdi iſtū eq̄lē ē:qꝛ ſicut ꝓuatio ꝑhabitū:ita ineq̄le per eq̄le cogſcit̄: ⁊ ꝯñr oportuit vniformē motū īuenire: vt cognoſceremꝰ difformē q̄ eſt circa cētrū eccētrici deferētꝭ.⁊ circa cētrū mūdi. Deſcribt̄ aūt equās eq̄lis deferēti:vt ꝑ ipm̄ deferēte poſſimꝰ rōcinari. Dr̄ igit̄. Motꝰ aūt epiciclū deferētꝭ ſup cētro ⁊ polis ſuis difformis.i.irreglaris eſt. Sꝫ qꝛ iſte motꝰ q̄ ē irregularꝭ ſup cētro deferētis. ē reglaris ſup cētro equātis.qḋ cētrū ē i linea augꝭ vt dictū ē:ideo ſubiūgit.Nec tn̄ deformitas.i.hic motꝰ deformis:hēc regularitatꝭ hꝫ normā: vt cētrū epicicli:ſup quodā puncto i linea augis.quo.ſ. vtimur pro cētro equātis tm̄ a cētro huiꝰ orbis.i.deferētis q̄tum hoc centrū.ſ. deferētis a cētro mūdi diſtat eiōgato regulariter moueat̄ Sicut em̄ dictum eſt q̄tum diſtat cētrum deferētis a centro mūdi:tm̄ ab eo diſtat cētrū equātis. Cetera patēt. Quātū aūt ad q̄rtuꝫ ibi(Neceſſario igit̄)infert correlariū vnū dicēs:ꝙ ſicut in luna cētrū epicicli tāto.velocius mouebat̄ q̄to propinq̄us erat augi:⁊ tanto tardiꝰ q̄to ꝓpinquiꝰ oppoſito ita hic neceſſario accidit ecōuerſo: vt ſcꝫ q̄to viciniꝰ fuerit augi tāto tardiꝰ moueat̄. ⁊ tāto velociꝰ q̄to viciniꝰ oppoſito augꝭ. Et rō eſt:qꝛ ſicut ſe hꝫ zodiacꝰ in quo reglr̄ mouet̄ cētrum epicicli lune.ad deferentem:lune.i.a ſe habet iſtis equans ad deferentem hoc excepto ꝙ equans eſt eq̄lis deferēti nō aūt zodiacꝰ. Et ſimiliter ſicut ibi ſe hēbat oppm̄ augis deferētis lune.ad zodiacū:ita hic ſe hꝫ aux deferentis ad equantē. Conuertant̄ ḡ figura iſtoꝝ.⁊ centrum equātis vocet̄ centrū zodiaci vel mundi: ⁊ erit vt figura lune: ⁊ conſequenter centrum epicicli mouebitur modo velocius modo tardiꝰ eo modo quo dictum eſt.

BIBLIOTECA ROMA

Deinde vero cum dicit.


Epicicłus vero duos habet motus ⁊c.
Agit de motu epicicli ⁊ facit quattuor: q2 pmo agit de motu epicicli. ⁊ ſecundo de regularitate ⁊ irregularitate eius ibi. (Et eſt ſuper cētro.) tertio de quantitate ſeu duratione eiuſdem ibi. (Habet autem epicicli reuolutio) quarto de auge media ⁊ vera epicicli ibi. (Aux aūt.) Quātū igitur ad primum
¶ Aduertendum eſt ꝙ motus ſm longitudinē hic dicitur: q2 eſt ſm vel contra ſucceſſionem ſignorum. Et hoc motu. epicicli hoꝝ triū mouēt ab occidente in orientē ꝙ eſt moueri ſm ſucceſſionem. ſ. ſignoꝝ in parte ſuperiori ⁊ contra ſucceſſionem in inferiori cuius cōtrarium erat in epiciclo lune. Axis aūt hui⁹ motus eſt trāſuerſalr. i. orthogonalr iacēs ſup circūferētiā defer. q2 circūferētia hec deſcribī a cētro epicicli ꝑ q̄d axis trāſit. Et qn̄q2 eque diſtat iſte axis axi ecliptice: quandoq2 non vt patebit. Quātum āt ad ſcdm dr. Et eſt ſup centro epicicli. Pro quo nota ꝙ tota iſta pars ex dictis in theorica lune eſt patens. Quantum vero ad tertium dicit. (Habet autem epicicli ⁊c.)

Theorica linearum ⁊ motuū.



